
THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN •
PRO SCIENTIA ... SALUTE
POPULIQUE
• 1891 •
LIBRARY

L. C. Treviranus
1814.

FLORAE MEGAPOLITANAE

PRODROMUS

EXHIBENS

PLANTAS

DUCATUS MEGAPOLITANO-SUERINENSIS

SPONTANEAS.

MAXIME

SECUNDUM SYSTEMA LINNEANO-

THUNBERGIANUM DIGESTAS.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN.

AUCTORE

IOACHIM CHRISTIAN TIMM.

LIPSIAE,

APUD HEREDES I. G. MULLERI

cIↃ IↃ CCLXXXVIII.

TGR314
.T55

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN.

V I R O

CELEBERRIMO

EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO

ET DE SCIENTIA BOTANICA

MAXIME MERITO

IOANNI HEDWIGIO

MEDICINAE DOCTORI

PROFESSORI P. E. REGIAE SOCIETATIS SCIENTIARUM LONDINENSIS MEMBRO; HONORARIOQUE OECONOMICAE ELECT. SAX. ET NAT. SCRUT. BEROLINENSIUM,

FAUTORI ET AMICO

MAXIME COLENDO.

AUG 30 1911

VIR
CELEBERRIME

Quamquam ardui negotii res ſit Tuum inventum genuinorum Organorum ſexualium in plantis, quae Linnaeus cryptogamicarum titulo complexus eſt; tanti tamen momenti vere inter Botanicae ſcrutatores evaſit, ut in hac ſcientiarum alea omnino Epocham conſtituat. Excitatus inde, indagavi illa maxima cum volu-

ptate, et praeſertim penes Muſcos in mea regione degentes, conquiſitosque ſecundum Methodum TUAM examinandi, et in ordinem redigendi ſtudio incubui praedilecto.

Silentio vt praeteream TUA erga me Officia permulta, quae, ſepoſitis gravioribus negotiis, mihi quavis data occaſione, quam amiciſſime praeſtitiſti; potius adducam, quod mea conamina ſuffulcire nunquam defueris factumque et inde ſit, ut hoc opuſculum nunc ſub praeleo ſudare potuerit.

Certe TUORUM in me ſic collatorum officiorum plane immemor, ingratusque

que merito viderer, si intermitterem, TIBI pro hac benevolentia gratum animum publice significare ac declarare. Atque inde cum profectum sit, quod hunc Prodromum Florae megapolitanae TUO nomine condecorem, TIBIque dedicem, hoc inquam aequi bonique TE accepturum fore certissime confido.

Ceterum Summum Numen supplex praecor, ut TE salvum ac incolumem ad ultimos aetatis humanae terminos servet, quo de indefessis TUIS conatibus, fidissimisque observationibus, tanto uberiores fructus in genuinam praeprimis rei herbariae, eiusque intimiorem cognitionem, quae fere adhuc deficere videtur, redundent. Mihi

 vero

vero ea singulari benevolentia, qua hucdum ingenue amplexus es, inposterum favere ut pergas, enixe rogo atque obtestor, me nunquam defuturum.

PRAECLARI

TUI NOMINIS

cultorem ingenuum

I. C. TIMM.

PRAEFAMEN.

Plantas in ſolo Saxoniae inferioris indigenas non eodem ſtudio, quo eae, quae in ceteris Germaniae provinciis naſcuntur, exploratas eſſe, a nonnullis rei herbariae ſcriptoribus iam dudum notatum eſt. Hoc ſtudium prae ceteris a civibus noſtris oſcitantius neglectum, vel inde ſatis ſuperque liquet, quod ne unicum quidem publicum documentum induſtriae proſtaret, quod rem herbariam Patriae ſecundum botanices praecepta illuſtratam daret.

Hoc igitur vitio quo Patriam liberarem, ſimulque pro ingenii mei modulo ſtudium rei herbariae adiuuarem, indicem plantarum, in terris Megapolitano-Suerinenſibus, praeſertim parte earum orientali, ſponte creſcentium, multorum annorum perpetuo ac indefeſſo ſtudio indagatarum, collectarum, atque ad ſuos quosque locos revocatarum, concinnare inſtitui, eundemque nunc typis excudere cura-

vi. Quo in negotio ego quidem mihi hanc legem praescripsi; nullas alias Plantas tradere, nisi eas, quas ipse oculis meis vidi, manu mea decerpsi, quarumque de constantia, omissis dubiis, persuasus sum. Atque hanc sanctissime a me observatam esse, quovis tempore vindicare possum ipsissimis exemplaribus siccatis, e loculis meis depromendis, quodsi quis unquam hac de re in dubitationem veniret. Nequaquam tamen ego id mihi sumo, ut crederem, me omne punctum tulisse, omnemque plantarum copiam, qua Natura propitia agrum megapolitanum instruxit, excussisse; quin potius lubens fateor, imo promitto, si qui sint, qui ibidem falcem immittere cupiant, audeant, ingentem adhuc, Muscorum frondosorum familiam si exceperis, messem potituros.

Et quod praeprimis graminum familiam concernit; hanc quoad maximam partem nondum satis exploratam esse existimo. Quae labes rei herbariae inde evenisse videtur, quod ista vegetantia, priusquam florem emittere valeant, a pecore depascuntur, vel foeni colligendi causa falce succiduntur messoria. Praeterea,

cum

cum hodie ne minimus quidem agellus, culturae expers reperiatur, inde etiam factum esse arbitror, ut et aliae quam plures plantae notitiam nostram efugerint.

Nihilominus tamen provincia nostra, quoad plantarum copiam haud aliis, iisque regionibus, quae nec montibus nec locis desertis horrent, inferior reputanda est; quin imo eius indolis inibi reperiuntur plantae indigenae, quae in ceteris Germaniae tractibus raro obveniunt, quasue hic loci habitare nemo facile crederet. Suertia *perennis* e. g. Pedicularis *Sceptrum Carolinum* ac nova quaedam muscorum frondosorum, plantarumque cryptogamicarum genera et species, studio meo nuper recluſa, ita comparata sunt, ut rem herbariam Germaniae, si huius quidem ambitus ex celeberrimi Rothii libro, *Tentamen florae germanicae* inscripto, metiendus est, egregie amplificare et exornare possent.

Libellus interea, quem nunc publici iuris facio, non ita celeriter conscriptus, sed opus multorum annorum est, quod colligendis et examinandis plantis insumsi. Quarum e numero cohortem Muscorum tanta assiduitate ac cir-

circumſpectione inquiſivi, quanta id quidem vix a quodam in ulla alia Germaniae provincia factum eſt. Labor autem, quo in omni hoc opere concinnando defunctus ſum, eo difficilius mihi ſucceſſit, quo minus aliquo duce, viam ſignante, aut aliquo adminiculo uti *), ſed proprio marte hoc in negotio mihi enitendum fuerit. Nec opibus denique in perſequendo cepto parcere licuit. Namque cum urbem noſtram nulla Bibliotheca publica ornaret, grandi pecunia adparatum librorum, rem herbariam illuſtrantium, comparare coactus fui; cui accedit, quod propter plantas marinas recognoſcendas etiam ad maris baltici littora inviſenda, propriis ſumtibus plus una vice iter facere opportuerim.

Omnem tamen hanc operam, omnes hos ſumtus, alacri animo lubenter ſuſcepi, publicae utilitatis cauſa promittoque inſuper addi-

tamen-

*) Ne tamen a veritate plenarie aberrem, non praetereundum eſſe duco: excurſionibus meis me optimo cum ſucceſſu quendam mercenarium, cui nomen Hacker, et ſcribendi et libros legendi botanicos inſcium, adhibuiſſe, qui ad quaerendas plantas agros paludesque oculo armato perreptans, promtam ſibi acquiſivit facultatem, nova a iam detectis diſcernendi. Cui igitur nonnulla minutiſſima cryptogamica debeo.

tamenta, ſi praeſens opella probaretur, locupletiora. Id quod eo certius ſpondere valeo, quo Vir admodum venerabilis, ingenio ſcriptisque clarus TODIUS, ſacri ordinis in Dioeceſi Wittemburgenſi Antiſtes, maiorem in Ducatus noſtri parte occidentali conquiſitam plantarum indigenarum copiam in loculis ſuis, olim in uſus publicos referandis, repoſitam ſervat, unde tunc acceſſiones, quas ſors mihi in poſterum offeret, augere licebit.

Quod ordinem in collocandis his meis ſtirpibus attinet, ſervavi quidem illum, ſecundum genera ſyſtematis ſexualis incliti LINNAEI, a celeberrimo REICHARDO annis 1778 et 1779 Francofurti ad Moenum in lucem emiſſis. Neque tamen plane ad amuſſim. Siquidem *Gynandriae*, *Monoeciae*, *Dioeciae* et *Polygamiae* Claſſes, utpote exigui, aut fere nullius uſus, ad exemplum Ill. THUNBERGII praeferre et ad claſſes ſuas pro numero ac diſpoſitione partium ſexualium reducere placuit. Et hoc quidem conſilio, praeter unum Anthoxanthum, cuncta gramina, graminibusque perquam adfinia confluxiſſent in claſſe tertia: malui tamen ſingularem hanc, a

Natura

Natura ipſa quaſi conditam familiam, Ludvigiana methodo, iunctim tradere, ne vel unica ſpecies inde divelleretur.

Subinde Muſcos frondoſos ad Cl. HEDWIGII, qui nomen ſuum immortalitati ſcriptis et inventis iam dudum commendavit, Methodum, utpote firmum fundamentum, preſſo ſecutus pede, diſpoſui; quandoquidem Is ad penitiorem Muſcorum inſpectionem viam aperuerit, omnium iudicio tutiſſimam. Horum pediſſequi ſunt hepatici; Iungermanniae nimirum, Marchantiae, Anthocerotis, nec non Blaſiae et Ricciae genera.

Fungos, quod attinet, opus quidem quam maxime fuiſſet, vt nova ratione in ſua genera diſtribuerentur, cum procul dubio eorum plura ſint ac quidem a LINNAEO conſtituta reperiuntur. Sed ingenue fateor, me huic negotio plane imparem fuiſſe, quandoquidem ſubſidiis, quorum ope id effici debuiſſet, penitus deſtituerer. Tum et maxime ideo, quod artem figuris deſcribendi ac pingendi, omnino non calleam, qua is, qui in Fungis explorandis et diſponendis verſatur, minime carere poteſt.

Vita

Vita enim his, dum ſeſe oculis noſtris manifeſtant, et brevis eſt et conſervationem ſiccam utplurimum omnino reſpuunt.

Quanquam igitur probe intellexerim, Fungorum genera minus rite eſſe diſpoſita, nec omnes eorum ſpecies characteri generis, cui ſubſcriptae ſunt, exacte reſpondere; conſulto tamen parum deflexi a numero illorum, a LINNAEO ſtabilito; additis ſolummodo *Sphaeriis* et *Octoſporis* Cl. HEDWIGII. Id autem vel ideo praetermittendum duxi, quod clariſſimus TODIUS Fungos, quos patriae ſolum profert, felici multorum annorum ſtudio ac induſtria exploravit, et ſingulari libro propediem typis evulgando, uberiori deſcriptione illuſtraturus eſt. Nihilominus tamen adfirmare audeo, recenſitos in libello meo Fungos, ita ſuis notis deſcriptos ac inſignitos eſſe, ut eos quilibet certo dignoſcere poſſit, qui illo in his plantis examinandis uti forſan velit.

Loca natalia Plantarum ea, qua par eſt, fide indicavi; ita tamen, ut vulgatioribus illum, quem in agro Malchinenſi occupant, brevitatis ſtudio, generalius, rarioribus vero ſpecialiſſimum

mum, eundem scilicet ipsum de quo eas manu mea decerpsi, diligenter subscriberem. Addidi etiam tempus florendi, cui et usus medicus, si non latebat, accessit.

In Synonimis adiiciendis parcus omnino fui, cum ista Floram provincialem non augeant, sed onerent, praeterea etiam in *Prodromo* eius, iisdem maxime incongruus sit locus.

Sunt haec, quae in libellum meum praefari volui, quo Lector sciret, vnde natales ducat opusculum, et quonam conscriptum sit consilio. Reliquum nihil magis in votis habeo, quam, vt conamina mea, qualiacunque hoc scripto exhibita, Patriae commodum augeant, ac civibus suis prosint, hique illis ad rerum naturalium, earum imprimis, quas solum provinciae nostrae fovet, acriorem perscrutationem incitarentur.

Dabam *Malchini* IX. ante Calendas Octobris ɔIɔIɔCCLXXXVIII.

CLAS-

CLASSIS I.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

APHANES

Cal. 1-phyllus. 4-dentatus *Cor.* o.

1. APHANES *Linn. Syſt.* 1. p. 351. *aruenſis*
In agnis arenoſis; *hinter dem Haynholze an der gelowſchen Scheide.* Aeſtate.

SALICORNIA L. G. 10.

Cal. 1-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* biſidum.

2. SALICORNIA patula, articulis apice compreſſis, emarginato-bifidis *Linn. Syſt.* 1. p. 8. *herbacea*
Ad littora maris baltici; praeſertim *bey Warnemünde.*

HIPPVRIS L. G. 11.

Cal. o. *Cor.* o. *Stigma* ſimplex.

3. HIPPVRIS foliis octonis ſubulatis *Linn. Suppl.* 81. *vulgaris*
In foſſis, *bey dem Schieſshauſe vor dem Mühlenthor* et alibi copioſe.

B. FLORE MONOICO.

CHARA L. G. 1127.

♂ *Cal.* o. *Cor.* o. *Anth.* germini ſubiecta.

♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 5-fidum. *Sem.* 1.

vulgaris 4. CHARA caulibus laeuibus, foliis interne dentatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 90.
In foſſis, aquis ſtagnantibus vbique; *bey Malchin in dem Torfgraben* copioſe. Iunio.

hiſpida 5. CHARA aculeis caulinis capillaribus, confertis. *Linn. Syſt.* 4. p. 90.
Iisdem locis. Iunio.

flexilis 6. CHARA caulium articulis inermibus diaphanis, ſuperne latioribus Linn. Syſt. 4. p. 90.
In foſſis, aquis ſtagnantibus. *Bey Malchin im Graben am Pfort.* Majo.

ZANNICHELLIA L. G. 1124.

♂ *Cal.* o. *Cor.* o.
♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* circa 4 *Sen.* 4.

paluſtris 7. ZANNICHELLIA *Linn. Syſt.* 4. p. 88.
In lacubus: *bey Warnemünde in den klaren Pfüzen rechts vom Wege.* Julio.

DIGYNIA

CALLITRICHE L. G. 13.

Cal. o. *Cor.* 2-petala. *Capſ.* 2-locularis.

verna 8. CALLITRICHE foliis ſuperioribus oualibus, floribus androgynis *Linn. Syſt.* 1. p. 10.
β. Foliis omnibus lanceolato-ouatis.
Habitat in foſſis *vor dem Steinthor am Pfort*; β *am Bornberge.*

CLAS-

CLASSIS II.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a. Flores inferi 1-petali regulares.

LIGVSTRVM L. G. 18.

Cor. 4 - fida. *Anth.* longitudine fere corollae. *Bac.* 4 - sperma.

9. LIGVSTRVM *Linn. Syst.* 1. p. 18. *vulgare*
In dumetis *bey Basedow.*

b. Flores inferi monopetali irregulares.

VERONICA L. G. 26.

Cal. 4 - partitus. *Cor.* limbo 4 - partito, lucinia infima angustiore *Capsl.* 2 - locularis, cordata.

* *Spicatae.*

10. VERONICA spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo. *Linn. Syst. 1. p. 25.* *spicata*
In campis frequens.

11. VERONICA spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente *Linn. Syst. 1. p. 26.* *officinalis*
In syluis vbique. Junio, Julio. *Officinis* Veronicae herba.

** *Racemosae.*

serpyllifolia. 12. VERONICA racemo terminali subspiciato, foliis ouatis, glabris crenatis. *Linn. Syst.* 1. p. 39.

In pratis, pascuis frequens.

Beccabunga. 13. VERONICA racemis lateralibus, foliis ouatis planis, caule reperto. *Linn. Syst.* 1. p. 30.

In fossis copiose. Iunio, Iulio. *Officinis* Beccabungae herba.

Anagallis aquatica 14. VERONICA racemis lateralibus, foliis lanceolatis, serratis; caule erecto. *Linn. Syst.* 1. p. 30.

In fossis et riuulis frequens.

scutellata 15. VERONICA racemis lateralibus alternis, pediculis pendulis, foliis linearibus rarius denticulatis. *Linn. Syst.* 1. p. 30.

In inundatis; *bey dem Schiesshause vor dem Mühlenthor bey Malchin.* Julio.

Teucrium 16. VERONICA racemis lateralibus longissimis, foliis ouatis, rugosis, dentatis, obtusiusculis; caule erecto. *Linn. Syst.* 1. p. 31.

In nemorosis. *Auf dem Walle bey Malchin,* et alibi frequens. Junio. *Officinis* Veronicae Teucrii herba.

Chamaedrys 17. VERONICA racemis lateralibus, foliis ouato — sessilibus; rugosis, dentatis; caule bifariam piloso. *Linn. Syst.* 1. p. 30.

In den Tannen bey Basedow. Majo.

*** *Pe-*

*** *Pedanculis vnifloris.*

18. VERONICA floribus solitariis; foliis cordatis incisis, pedunculo breuioribus. *Linn. Syst.* 1. p. 36. *agrestis*

In aruis frequens. Aprili.

19. VERONICA floribus solitariis; foliis cordatis incisis, pedunculo longioribus. *Linn. Syst.* 1. p. 36. *aruensis*

In hortis, aruis passim. Aprili.

20. VERONICA floribus solitariis; foliis cordatis, planis, quinquelobis. *Linn. Syst.* 1. p. 36. *hederifolia*

In agris cultis copiose. Aprili.

21. VERONICA floribus solitariis; foliis digitato-partitis; pedunculis calyce longioribus. *Linn. Syst.* 1. p. 37. *triphyllos*

In agris copiose. Aprili.

22. VERONICA floribus solitariis; foliis digitato-partitis; pedunculis calyce breuioribus. *Linn. Syst.* 1. p. 37. *verna*

In apricis: *an der Stadtmauer bey Malchin* et alibi. Majo.

GRATIOLA L. G. 30.

Cal. 5-partitus. *Cor.* limbo 4-partito, irregulari. *Stam.* 4; 2. sterilia. *Capsl.* 2-locularis, ouata.

23. GRATIOLA foliis lanceolatis, serratis; floribus pedunculatis. *Linn. Syst.* 1. p. 47. *officinalis.*

In pratis *bey dem Dorfe Schlage im Ellerbruch.* Julio. *Officinis.* Gratiolae herba.

PINGVICVLA L. G. 33.

Cor. ringens, calcarata. *Capſ.* 1 - locularis.

vulgaris 24. PINGVICVLA nectario cylindraceo, longitudine petali. *Linn. Syſt.* 1. p. 50.

In vliginoſis: *am Damm hinter der Zugbrüke.* Aprili.

VTRICVLARIA L. G. 34.

Cal. 2 - phyllus. *Cor.* ringens, calcarata. *Capſ.* vnilocularis.

vulgaris 25. VTRICVLARIA nectario conico, ſcapo pauciſloro. *Linn. Syſt.* 1. p. 51.

In ſtagnis *bey der gülitzer Ziegeley.*

c. Flores inferi, monopetali irregulares; fructus gymnoſpermi.

VERBENA L. G. 35.

Cal. 5 - dentatus, denticulo ſuperiore intermedio truncato. *Cor.* ſubaequalis curva, limbo *ſemi* 5 - fido; *Stam.* ſaepe 4.

officinalis 26. VERBENA tetrandra, ſpicis filiformibus, paniculatis; foliis multifido - lanceolatis; caule ſolitario. *Linn. Syſt.* 1. p. 45.

In ruderatis, ad vias, ſepes frequens. Julio, Auguſto. *Officinis.* Verbenae herba.

LYCOPVS L. G. 36.

Cor. ſubaequalis, limbo 4 - fido; lacimia ſuperiore emarginata. *Stamina* diſtantia.

europaeus 27. LYCOPVS foliis ſinuato - ſerratis. *Linn. Syſt.* 1 p. 56.

Vbique; *am Damm vor dem Steinthor.*

d. Flo-

d. Flores ſuperi.

CIRCAEA L. G. 25.

Cal. 2 - phyllus. *Cor.* 2 - partita, obcordata.

28. CIRCAEA caule erecto, racemis pluribus, foliis ouatis, (capſulis diſpermis). *Linn. Syſt.* 1. p. 33. *lutetiana*

In nemoribus, ad ſepes: *bey dem Jägerhauſe wenn man nach Remplin gehet.*

29. CIRCAEA caule proſtrato, racemo vnico, foliis cordatis (capſulis monoſpermis) *Linn. Syſt.* 1. p. 23. *alpina*

Bey Dobberan. Miſit Dn. DETHARGIVS.

B. GYNANDRIA L.

ORCHIS L. G. 1094

Nectarium corniforme pone florem.

* *Bulbis indiuiſis.*

30. ORCHIS bulbis indiuiſis, nectarii labio lanceolato integerrimo; cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Linn. Syſt.* 4. p. 5. *bifolia*

In Syluaticis et nemoribus: *bey Malchin im Hayenholze* et alibi frequens. Majo. Junio.

Officin Satyrii Radix.

31. ORCHIS bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido crenulato; cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniuentibus. *Linn. Syſt.* 4. p. 8. *morio*

In pratis humidis; in Collibus et paſcuis. *Am Lalaerberge bey Malchin* et alibi paſſim. Majo. Junio.

Officin Salep Radix?

** *Bulbis palmatis.*

latifolia 32. ORCHIS bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico; labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. *Linn. Syſt.* 4. p. 12.

In pratis humidis vbique. Majo.

maculata 33. ORCHIS bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breuiore; labio plano, petalis dorſalibus patulis. *Linn. Syſt.* 4. p. 13.

Iisdem locis *bey Piſide auf den Wieſen* copioſe. Iunio.

Officin. Palmatae Radix.

conopſea 34. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germine longiore; labio trifido petalis duobus patentiſſimis. *Linn. Syſt.* 4. p. 14.

In pratis nemoroſis, *in der gilowſchen Bentz am Tannen-Kamp* et alibi rarius. Majo. Junio.

SATYRIVM L. G. 1095.

Nectarium ſcrotiforme, ſeu inflato didymum pone florem.

repens 35. SATYRIVM bulbis fibroſis, foliis ouatis, radicalibus, floribus ſecundis.

Im

Im Gehölze bey Kittendorf am Wege nach Rottmanshagen rarius. Junio.

OPHRYS L. G. 1096.

Nectar. poſtice ſubcarinatum.

* *Bulbis ramoſis.*

36. OPHRYS bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. *Linn. Syſt.* 4. p. 21. *Nidus auis*

In nemoribus vmbroſis. *Im Kahldiſchen Holze* et alibi non rarius. Majo. Junio.

37. OPHRYS bulbis adgregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſpirali-ſecundis, nectarii labio indiuiſo crenulato. *Linn. Syſt.* 4. p. 22. *ſpiralis*

In Tractu Roſtochienſi legit Dom: DETHARDING locum non adnotauit. Auguſto.

38. OPHRYS bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ouatis, nectarii labio bifido. *Linn. Syſt.* 4. p. 22. *ouata*

Am Wallgraben bey Roſtock vbi Dom. DETHARDING legit, mihi non obuia. Majo. Junio.

Officin: Bifolia Herba.

39. OPHRYS, bulbo ſubrotundo, pentagono, foliis apice ſcabris, nectarii labio integro *Linn. Syſt.* 4. p. 24. *paludoſa*

In prutis paludoſis ſphagno repleto. *Im Moor in der Scheide, zwiſchen Malchin und Leuſchentin; auch auf den Mooren bey der Gielitzer Ziegeley.* Julio. Auguſto.

monorchis 40. Ophrys bulbo globoso, scapo-nudo, nectarii labio trifido cruciato. *Linn. Syst.* 4. p. 25.

In pratis vliginosis. *Bey Malchin auf der Wiese am Eisenberge.* Junio.

Serapias L. G. 1097.

Nectar. ouatum, subtus gibbum: labio ouato.

latifolia 41. Serapias bulbis fibrosis, foliis ouatis amplexicaulibus, floribus pendulis. *Linn. Syst.* 4. p. 28.

In pratis humidis nemorosis; *bey Malchin im Mühlenbruch* passim, copiose *bey Dobberan an dem Büchenberge in dem Bruch.* Junio.

longifolia 44. Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus sessilibus, floribus pendulis. *Linn. Syst.* 4. p. 29.

In humidis turfosis. *Bey Malchin am Lalaerberge* et alibi passim. Junio.

ensifolia 45. Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, distichis, bracteis minutissimis; floribus erectis *Linn. Syst. ed.* 14. p. 815. Serapias *Xiphophyllum. Linn. Suppl.* 404. Serapias *grandiflora Linn. Syst.* 4. p. 30. *β.*

In nemoribus graminosis. *Bey Remplin hin und wieder in der Plantage: auch in dem Lustholze auf dem Berge.* Majo. Junio.

lanceifolia 46. Serapias bulbis fibrosis, foliis ouato-lanceolatis; bracteis longitudine capsulae; flori-

floribus erectis; nectarii labio obtuſo, petalis breuiore. *Linn. Syſt. ed.* 14. p. 815. Serapias *lonchophyllum. Linn. Suppl.* 405. Serapias *grandiflora. Linn. Syſt.* 4. p. 30. α.

In nemoribus montoſis *bey Dobberan auf der rechten Seite des Büchenberges.* Majo. Junio.

C. MONOECIA.

LEMNA G. L. 1130.

♂ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o.

♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Capſ.* 1-locularis.

47. LEMNA foliis petiolatis lanceolatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 92. *triſulca*

In aquis. *Bey Malchin in dem Graben bey der Zugbrücke.* Junio. Julio.

48. LEMNA foliis ſeſſilibus vtrimque planiusculis, radicibus ſolitariis. *Linn. Syſt.* 4. p. 92. *minor*

Iisdem locis. Junio. Julio.

Officin. Lentis paluſtris herba.

49. LEMNA foliis ſeſſilibus, radicibus confertis. *Linn. Syſt.* 4. p. 93. *polyrhiza*

In foſſis, ſtagnis; *bey Malchin in den Fiſchteichen bey dem Peen-Garten.* Junio. Julio.

D. DIOECIA.

SALIX L. G. 1201.

♂ *Cal.* Amentum imbricatum ſquamis vnifloris. *Cor.* o. *Nect.* glandula baſeos.

♀ *Cal.*

♀ *Cal.* et *Cor.* maris. *Styl.* 2 - fidus. *Capſ.* biualuis, 1 - locularis. *Sem.* pappoſa.

triandra 50. SALIX foliis ſerratis glabris, floribus triandris. *Linn. Syſt.* 4. p. 223.

In foſſis humidis; *bey Malchin hinter dem Bornberge im Scheidegraben.* Majo.

pentandra 51. SALIX foliis ſerratis, glabris, floribus pentandris. *Linn. Syſt.* 4. p. 223.

In pratis paludoſis; *bey Malchin* copioſe. Majo. *Officin.* Salicis laurae Cortex.

vitellina 52. SALIX foliis ſerratis, ouatis, glabris, ſeraturis cartilagineis, petiolis calloſo-punctatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 224.

In pratis humidis; *bey Malchin vor dem Steinthor*, infrequens, culta. Aprili.

fragilis 53. SALIX foliis ſerratis, glabris, ouato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis. *Linn. Syſt.* 4. p. 125.

In aquoſis vbique. Aprili.

Officin. Salicis fragilis Cortex.

purpurea 54. SALIX foliis ſerratis glabris lanceolatis, inferioribus oppoſitis. *Linn. Syſt.* 4. p. 226.

S. monandra Hoffm. Hiſtor. Salic. p. 18.

Ad ripas. *Bey Roſtock vor dem Kröpliner Thor am Wallgraben* rarius. Aprili.

** *Foliis integerrimis villoſis.*

aurita 55. SALIX foliis integerrimis, vtrinque villoſis, obouatis, appendiculatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 230.

In

In humidis turfosis; *auf den Wiesen bey Remplin* et alibi frequens. Aprili.

56. SALIX foliis integerrimis lanceolato-linearibus, strictis, sessilibus, subtus tomentosis. *Linn. Syst.* 4. p. 232. *rosmarinifolia*

Iisdem locis; *auch auf dem neuen Rücken bey Malchin* passim. Aprili.

*** *Foliis subserratis villosis.*

57. SALIX saliis ouatis, rugosis: subtus tomentosis, vndatis, superne denticulatis. *Linn. Syst.* 4. p. 232. *caprea*

S. caprea. Hoffm. Hist. Salic. p. 25.
In nemorosis, dumetis, ad margines syluarum. *Bey Malchin im Hayenholtze* et alibi passim. Aprili.

58. SALIX foliis ouato-oblongis, subtus tomentosis; superioribus integris, inferioribus crenatis. Hoffm. Histor. Salic. p. 39. *acuminata*

In nemorosis humidis copiose. Aprili.

59. SALIX foliis subintegerrimis, lanceolato-linearibus longissimis, acutis, subtus sericeis, ramis virgatis. *Linn. Syst.* 4. p. 233. *viminalis*

In humidis, ad ripas; *bey Malchin vor dem Steinthor* et alibi frequens. Aprili. Majo.

60. SA-

alba 60. SALIX foliis lanceolatis acuminatis, serratis, vtrinque pubescentibus: serraturis infimis glandulosis. *Linn. Syst.* 4. p. 234.

In Viis publicis copiose. Aprili.

Offic. Salicis albae Cortex.

E. POLYGAMIA DIOECIA.

FRAXINVS L. G. 1273.

☿ *Cal.* o. *Stam.* 2. *Pist.* 1. *Sem.* 1. lanceolatum.

♀ *Cal. Pist. Sem.* vt in hermaphradito.

excelsior 61. FRAXINVS foliolis serratis, floribus apetalis. *Linn. Syst.* 4. p. 556.

Ad pagum Schlage passim, in dumetis rarius Aprili. *Officinis* Fraxini lignum, cortex, folia, semina (Lingua auis.)

CLAS.

CLASSIS III.

TRIANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a. *Flores ſuperi.*

VALERIANA L. G. 48.

Cal. o. *Cor.* 1 - petala tubo gibbo; *limbo* 5 - fido. *Sem.* 1.

62. VALERIANA floribus triandris dioicis *Linn. Syſt.* 1. p. 85. *dioica*

In pratis humidis vbique; *auf den Wieſen an der Peene.* Majo.

63. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 86. *officinalis*

In nemoroſis humidis frequens *bey Witzerhof.* Junio.

Officin: Valerianae Herba.

64. VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Locuſta*

α. Locuſta olitoria, fructu ſimplici.

In agris, cultis vbique. Iunio.

IRIS L. G. 65.

Cal. Spatha: *Cor.* 6 - partita, petalis alternis reflexis. *Stigm.* 3 - partitum, petaliforme.

Pseudacorus 65. IRIS corollis imberbibus: petalis interioribus stigmate minoribus; foliis ensiformibus. *Linn. Syst.* 1. p. 107.

An der Peene vbique. Majo. *Officinis* Acori palustris radix.

TRIGYNIA.

MONTIA L. G. 104.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* 1-petala-irregularis. *Caps.* 1-locularis, 3-valuis.

fontana 66. MONTIA *Linn. Syst.* 1. p. 244. *α.*

In agris arenosis *bey Witzerhoff am Rande des Ackers sogleich hinter den Tannen.*

HOLOSTEVM L. G. 110.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis. *Sem.* plurima.

vmbellatum 67. HALOSTEVM floribus vmbellatis. *Linn. Syst.* 1. p. 246.

In aggeribus *bey Malchin an dem Ufer vor dem Pfort.* Aprili.

B. MONOECIA.

SPARGANIVM L. G. 1132.

♂ *Amentum* subrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0.

♀ *Amentum Cal. Cor.* vt in mare *Stigm.* 2.

Drupa exsucca 1-2-sperma.

erectum 68. SPARGANIVM foliis erectis triquetris. *Linn. Syst.* 4. p. 95.

In

In foſſis piſcinis: *bey Malchin am Pfort* et alibi paſſim. Junio. Julio.

69. SPARGANIVM foliis decumbentibus planis. *Linn. Syſt.* 4. p. 95. *natans*

In foſſis. *In dem Graben zwiſchen Remplin, Piſide ohnweit dem Jägerhaus.* Julio. Auguſto.

TYPHA L. G. 1131.

♂ amentum cylindricum. *Cal.* 3-phyllus, ſetaceus. *Cor.* o.

♀ amentum cylindricum infra maſculum. *Cal.* capillaris pappoſus. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Sem.* 1. inſidens pappo capillari.

70. TYPHA foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula femineaque approximatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 94. *latifolia*

In paludibus, ſtagnis. *Bey Malchin am Gerichtsbruch.* Julio.

71. TYPHA foliis ſemicylindricis ſpica maſcula femineaque remotis. *Linn. Syſt.* 1. p. 94. *anguſtifolia*

In aquis ſtagnantibus. *Bey Malchin hinter der Stadtmauer am Herrenbruch.* Julio.

AMARANTHVS L. G. 1157.

♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 4.

♀ *Cal.* et *Cor.* Maris. *Styl.* 3. *Capſ.* circumſciſſa 1-locularis. *Sem.* 1.

Blitum 72. AMARANTHVS glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ouatis retuſis, caule diffuſo. *Linn. Syſt.* 4. p. 145.

In cultis; vnico ſaltim adhuc horto *in Malchin.* Julio, Auguſto. *Officinis* Bliti herba.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a. *Adgregati, floribus 1-petalis, 1-spermis, superis.*

DIPSACVS. L. G. 120.

Cal. communis polyphyllus, folioſus; proprius vix manifeſtus; receptaculum conicum patelaceum. *Sem.* columnaria.

73. DIPSACVS foliis petiolatis appendiculatis. *Linn. Syſt.* 1-p. 275. *piloſus*

In humidiusculis. *Bey Malchin in den Gärten am Kahldiſchen Thore auf der linken Seite am Graben.* Julio.

SCABIOSA. L. G. 121.

Cal. communis polyphyllus: proprius duplex. Recept. eleuatum. *Sem.* coronata, inuoluta.

* *Corollulis quadrifidis.*

74. SCABIOSA corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ouatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 277. *ſuccisa*

In pratis Syluaticis et nemorosis humidis. *Bey Malchin auf dem neuen Rücken; auch in den Tannen an dem Wege nach Jessin.* Julio.

Officinis. Succisae. s. Morsus Diaboli Herba, Radix.

aruensis 75. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis incisis, caule hispido. *Linn. Syst.* 1. p. 279.

In Pratis versuris frequens. Junio. Julio.

Officinis. Scabiosae Radix, Herba et Flores.

** *Corollulis quinquefidis.*

Columbaria 76. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ouatis crenatis; caulinis pinnatis setaceis. *Linn. Syst.* 1. p. 280.

In montosis siccioribus. *In der Gilowschen Heide am Schneiderkamp am Wege.*

b. Flores monopetali, monocarpi, inferi.

CENTVNCVLVS. L. G. 151.

Cal. 4 - fidus, *corolla* longior. *Cor.* 4 - fida, rotata. *Filam.* breuia. *Capsul.* 1 - locularis, circumscissa.

minimus 77. CENTVNCVLVS *Linn. Syst.* 1. p. 326.

In pascuis. *In der Basedowschen Heide rechts wo der Weg nach Lipen abgehet; auch bey*

bey Malchin am Scheidegraben am Wege nach Duckow. Julio. Auguſto.

PLANTAGO L. G. 148.

Cal. 4-fidus, coralla breuior. *Cor.* 4-fida: limbo reflexo. *Filam:* longiſſima. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

78. PLANTAGO foliis ouatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Linn. Syſt.* 1-p. 319. *maior*

In pratis ſiccis, pomariis, verſuris vbique aeſtate.

Officin. Plantaginis Radix, Herba, Semina.

79. PLANTAGO foliis ouato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Linn. Syſt.* 1. p. 319. *media*

Iisdem locis cum praecedente. Majo. Junio.

80. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ſubovata ſcapo angulato. *Linn. Syſt.* 1. p. 321. *lanceolata*

In Verſuris, pratis, vulgatiſſima. Majo et tota aeſtate.

81. PLANTAGO foliis ſemicylindricis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. *Linn. Syſt.* 1. p. 322. *maritima*

In littoribus maris baltici *bey Warnemünde* copioſe aeſtate.

82. PLANTAGO foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti. *Linn. Syſt.* 1. p. 323. *coronopifolia*

Ad littora maris baltici, *am heiligen Damm ſo gleich links am Wege wenn man von Dobberan kömmt.* Julio.

c. *Flores monopetali, dicocci, ſuperi. Stellatae.*

GALIVM L. G. 132.

Cor. rotata: tubo vix vllo. *Fruct.* ſubgloboſi.

* *Fructibus glabris.*

palustre 83. GALIVM foliis quaternis obouatis, inaequalibus, caulibus diffuſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 299.

Bey Malchin auf der Wieſe am Pfort; auch im Rohrbruch. Junio.

uliginoſum 84. GALIVM foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 300.

In pratis humidis. *Auf den Wieſen hinter den Peen-Gärten bey Malchin.* Junio.

verum 85. GALIVM foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 302.

In pratis, verſuris, ad vias, *an den Zäunen bey Gilow; auch bey Keſſin am Berge.* Julio.

Officin. Galii lutei Herba Flores.

Mollugo 86. GALIVM foliis octonis ouato-linearibus, ſub-ſerratis patentiſſimis, mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 303.

In dumetis, verſuris, ad ſepes copioſiſſime. Junio.

87. GALIVM foliis octonis laeuibus subtus scabris: floribus binis, pedunculis copillaribus caule laeui. *Linn. Syst.* 1. p. 303. *syluaticum*

In nemoribus montosis, infrequens. *Auf dem Büchenberge bey Dobberan.* Julio.

** *Fructibus hispidis.*

88. GALIVM foliis octonis lanceolatis, carinatis, scabris, retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus hispidis. *Linn. Syst.* 1. p. 306. *Aparine*

In cultis vulgatissima. Majo. Junio.

ASPERVLA. L. G. 128.

Cor. tubulosa, infundibuliformis; limbo obtuso. *Fruct.* sub-globosi.

89. ASPERVLA foliis octonis, lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Linn. Syst.* 1. p. 294. *odorata*

In nemoribus et syluaticis. *Bey Malchin im Hayenholze* copiose. Majo.

Officin Matrisyluae s. Hepaticae stellatae Herba.

SHERARDIA. L. G. 127.

Cor. tabulosa infundibuliformis: limbo acuto. *Fruct.* oblongus coronatus. *Sem.* 3-dentata.

90. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminanibus. *Linn. Syst.* 1. p. 292. *arvensis*

In aruis et agris; *an der Feldscheide bey Geschendorf links am Wege.* Aestate.

d. Flores tetrapetali ſuperi.

CORNVS. L. G. 155.

Cal. 4-dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2-loculari.

ſanguinea 91. CORNVS arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Linn. Syſt.* 1. p. 331.

In ſepibus dumetis. *Auf dem Wall bey Malchin.* Majo.

e. Flores incompleti inferi.

ALCHEMILLA. L. G. 177.

Cal. 8-fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. calyce incluſum.

vulgaris 92. ALCHEMILLA foliis lobatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 349.

In pratis, ſyluis; paſſim *bey Piſide im Gehölze.* Junio.

Officin: Alchemillae Radix, Herba.

DIGYNIA.

CVSCVTA L. G. 182.

Cal. 4-5 fidus. *Cor.* 1-petala, ouata 4-5-fida. *Capſ.* 2 locularis, circumſciſſa.

europaea 93. CVSCVTA floribus ſeſſilibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 352. *α.*

Paraſitica in Humulo Lupulo etc. in ſepibus vbique.

Offic. Cuſcutae Herba.

TETRA-

TETRAGYNIA.

Ilex. L. G. 184.

Cal. 4. dentatus. *Cor.* rotata. *Styl.* o. *Bacca* 4-sperma.

94. Ilex foliis ouatis acutis spinosis. *Linn. Syst.* 1. p. 354. *Aquifolium*

Habitat in dumetis passim, praesertim *bey den Dörfern wenn man von Rostock nach Dobberan auch nach Warnemünde reiset.* Floret —

Potamogeton. L. G. 186.

Cal. o. *Pet.* 4. *Styl.* o. *Sem.* 4. nuda.

95. Potamogeton foliis oblongo-ouatis, petiolatis natantibus. *Linn. Syst.* 1. p. 355. *natans*

In stagnis, fossis. *Bey Malchin vor dem Steinthore in den Pfützen.* Junio.

96. Potamogeton foliis cordatis amplexicaulibus. *Linn. Syst.* 1. p. 355. *perfoliatum*

In fluuiis passim, *bey Bützow auf dem Fluss im botanischen Garten.* Junio.

97. Potamogeton foliis lanceolatis planis in petiolos desinentibus. *Linn. Syst.* 1. p. 356. *lucens*

In piscinis. *Bey Güstrow in Gärten, Fischteichen vor dem Hagebüchschen-Thore.* Junio.

98. Potamogeton foliis lanceolatis alternis oppositisque undulatis serratis. *Linn. Syst.* 1. p. 356. *crispum*

In foſſis, riuulis, ad oppidum *bey Malchin vor dem Steinthore in der Pfütze hinter dem Schlagbaum; auch in dem Graben am Pfort*, et alibi. Majo.

compreſſum 99. POTAMOGETON foliis linearibus obtuſis, caule compreſſo. *Linn. Syſt.* 1. p. 357.

In foſſis paludoſis: *in dem Rohrbruch bey Malchin.* Junio.

pectinatum 100. POTAMOGETON foliis ſetaceis parallelis adproximatis deſtichis. *Linn. Syſt.* 1. p. 357.

In fluuiis, v. g. *bey Malchin in der Peene am Kornbring.* Junio.

gramineum 101. POTAMOGETON foliis lineari-lanceolatis, alternis, ſeſſilibus, ſtipula latioribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 358.

In paludis: *bey Malchin im Rohrbruch, in den Otterlöchern*, floret Aeſtate.

SAGINA. L. G. 188.

Cal. 4-phyllus. *Pet.* 4. *Capſ.* 4-valuis, polyſperma.

procumbens 102. SAGINA ramis procumbentibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 359.

In paſcuis humidis, aruis, frequens. Aeſtate.

B. MONOECIA.

URTICA. L. G. 1149.

♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Nectar.* centrale, cyathiforme.

♀ *Cal.*

♀ *Cal.* 4-phyllus, foliolis 2 oppoſitis exiguis. *Cor.* o. *Stigm.* villoſum. *Sem.* 1. ouatum, nitidum.

103. URTICA foliis oppoſitis oualibus. *Linn. Syſt.* 4. p. 130. *vrens*

In cultis, aruis, ad ſepes, fimeta vbique aeſtate.

Officin Urticae minoris Herba.

104. URTICA foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *Linn. Syſt.* 4. p. 230. *dioica*

In ruderatis, ad ſepes vulgaris. Aeſtate.

Officin. Urticae maioris Radix Herba, Semina.

BETULA. L. G. 1147.

♂ amentum ſquamis 3, 3-floris. *Cor.* 4-partita.

♀ amentum ſquamis 3, 2-floris. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Sem.* 2-3, vtrinque alata.

105. BETULA foliis ouatis acuminatis ſerratis. *Linn. Syſt.* 4. p. 125. *alba*

In ſyluaticis et nemoribus vliginoſis frequens. Aprili, Majo.

Officinis: Betulae lignum, epidermis, folia, lympha.

106. BETULA pedunculis ramoſis. *Linn. Syſt.* 4. p. 127. *Alnus*

In vliginoſis frequens. Aprili. *Officinis:* Alni cortex.

C. MONOECIA POLYGAMIA.

PARIETARIA. L. G. 1259.

♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Stam.* 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1. ſuperum ouatum.

♀ *Cal. Cor. Styl. Sem.* hermaphroditi.

officinalis 107. PARIETARIA foliis lancreolato-ouatis pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Linn. Syſt.* 4. p. 321.

In ruderatis: *bey Malchin an der Cämmerey-Wieſe* et alibi paſſim. Junio, Julio.

Officinis: Parietariae ſ. Helxines herba.

D. DIOECIA.

VISCVM. L. G. 1209.

♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Filamenta* cum Antheris calyci adnatae.

♀ *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Cor.* o. *Styl.* o. *Stigm.* obtuſum. Bacca 1-ſperma. *Sem.* cordata.

album 108. VISCVM foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Linn. Syſt.* 4. p. 240.

In arboribus paraſitica: in Pyro ſylueſtri, *bey Remplin* paſſim; rarius in quercubus. Martio. *Officin:* Viſci lignum.

CLASSIS V.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a. Flores monopetali, inferi tetragymnospermi. Asperifolia.

ECHIVM. L. G. 203.

Cor. campanulata, fauce nuda, limbo irregulari, laciniis superioribus longioribus.

109. ECHIVM caule tuberculato hispido, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus. *Linn. Syst.* 1. p. 403. *vulgare*

In Ruderatis siccis, ad vias *bey Remplin an den Gräben* et alibi copiose. Junio, Julio.

PVLMONARIA. L. G. 190.

110. PVLMONARIA foliis radicalibus ouato-cordatis scabris. *Linn. Syst.* 1. p. 393. *officinalis*

In syluaticis: *im Hainholze bey Malchin* et alibi. α.

Officin Pulmonariae Herba.

LITHOSPERMVM. L. G. 193.

Cor. infundibuliformis: fauce perforata nuda.

officinale 111. LITHOSPERMVM seminibus laeuibus, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis. *Linn. Syst.* 1. p. 385.

In nemoribus, ad margines, *auf dem Stadtwall bey Malchin.* Junio.

Officin: Lithospermum. f. Milii-folis semina.

aruense 112. LITHOSPERMVM seminibus vagis, corollis vix calycem superantibus. *Linn. Syst.* 1. p. 385.

In agris, cultis vbique. Majo. Junio.

SYMPHYTVM. L. G. 197.

Cor. campanulata, faucè clausa radiis subulatis; limbo tubulato, ventricoso.

officinale 113. SYMPHYTVM foliis ouato-lanceolatis decurrentibus. *Linn. Syst.* 1. p. 394.

In pratis humidis vbique aestate.

Officin. Confolidae maioris f. Symphyti Radix, Herba, Flores.

BORRAGO. L. G. 200.

Cor. rotata: fauce coronata prominentiis emarginatis.

officinalis. 114. BORRAGO foliis omnibus alternis; calycibus patentibus. *Linn. Syst.* 1. p. 397.

In reiectamentis hortorum *bey Malchin vor den Peen-Gärten.* Junio.

Officin: Borraginis Herba, Flores.

LYCOPSIS. L. G. 202.

Cor. infundibuliformis: tubo curuato-flexo, fauce clausa squamalis.

115.

115. LYCOPSIS foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. *Linn. Syſt.* 1. p. 400. *aruenſis*

In agris inter ſegetes, in cultis hortorum vbique. Aeſtate.

ASPERVGO. L. G. 201.

Cor. infundibuliformis fauce clauſa ſquamulis. *Cal.* fructus compreſſus lamellis plano-paralelis, ſinuatis.

116. ASPERVGO calycibus fructus compreſſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 399. *procumbens*

In ruderatis, ad ſepes, vbique *in Malchin vor dem wargentinſchen Thore an den Gartenzäunen.* Majo.

CYNOGLOSSVM.

Cor. infundibuliformis, tubio limb breuiore; fauce clauſa ſquamulis. *Sem.* interiore tantum latere ſtylo adfixa.

117. CYNOGLOSSVM ſtaminibus coralla breuioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 390. *officinale*

In Ruderatis ad ſepes, vias copioſe. Majo, Junio.

Officin: Cynogloſſae Radix, Herba.

ANCHVSA. L. G. 194.

Cor. infundibuliformis: tubo longitudine calycis, baſi prismatico; fauce clauſa ſquamulis oblongis. *Sem.* oblonga obtuſa.

officinalis 118. ANCHVSA foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. *Linn. Syſt.* 1. p. 387.

In arenoſis ad vias *bey Remplin am Wege* copioſe et alibi.

Officin: Bugloſſi Radix, Herba, Flores.

MYOSOTIS. L. G. 192.

Cor. hypocrateriformis, emarginata: fauce clauſa ſquamalis. *Semin.* ouata acuminata.

ſcorpioides 119. MYOSOTIS ſeminibus laeuibus, foliorum apicibus calloſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 383,

α. Myoſotis aruenſis, foliis hirſutis.

β. — paluſtris foliis glabris.

α. in campis arenoſis, pratis et paſcuis aridis vbique.

β. in paludibus et foſſis frequens aeſtate.

b. Flores monopetali, inferi; angioſpermi.

ANAGALLIS. L. G. 220.

Cor. rotata: filam. inferne hirſuta. *Stigma* capitatum. *Capſ.* 1-locaris circumſciſſa.

aruenſis 120. ANAGALLIS foliis indiuiſis, caule procumbente. *Linn. Syſt.* 1. p. 422.

LYSIMACHIA. L. G. 219.

Cor. rotata. *Stigma* obtuſum. *Capſ.* 1-locularis 10-valuis.

vulgaris 121. LYSIMACHIA paniculata, racemis terminalibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 419.

In pratis humidis: *bey Malchin auf den Wiesen hinter den Peengärten.* Julio. Augusto.

122. LYSIMACHIA racemis lateralibus, pedunculatis. *Linn. Syst.* 1. p. 420. *thyrsiflora*

In paludibus: *bey Malchin vor dem Mühlen-Thor in der Seebläncke* et alibi passim. Junio.

123. LYSIMACHIA foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. *Linn. Syst.* 1. p. 422. *Nummularia*

In nemorosis humidis vbique. Junio. Julio.

PRIMULA. L. G. 210.

Involucrum vmbellulae. *Cor.* infundibuliformis; tubo cylindrico, fauce peruia; ore patulo. *Stigma* globosum. *Capsi.* 1-locularis.

124. PRIMULA foliis dentatis rugosis. *Linn. Syst.* 1. p. 411. *α.* *veris*

In pratis, pascuis, syluis vbique. Aprili.

Officin: Primulae veris. s. Paralyseos Radix. Herba, Flores.

HOTTONIA. L. G. 216.

Cor. hypocrateriformis. *Stam.* laciniis corollae opposita, tubo corollae superimpositae. *Stigm.* globosum. *Capsi.* 1-locularis.

125. HOTTONIA pedunculis verticillato-multifloris. *Linn. Syst.* 1. p. 416. *palustris*

In fossis: *bey Malchin in den Gräben am Pfort* et alibi. Majo. Junio.

MENYANTHES. L. G. 215.

Cor. villosa. *Stigm.* 2-fidum. *Capſ.* 1-locularis.

trifoliata 126. MENYANTHES foliis ternatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 416.

In pratis paludosis. *Bey Malchin auf den Wieſen hinter den Peengärten* et alibi. Majo.

Officin. Trifolii febrini. ſ. aquatici Radix. Herba.

CONVOLVULUS. L. G. 231.

Cor. campanulata, plicata. *Stigmata* 2. *Capſul.* 2-3 locularis: loculis 2-ſpermis.

aruenſis 127. CONVOLVULUS foliis ſagittatis vtrinque acutis, pedunculis ſubunifloris. *Linn. Syſt.* 1. p. 434.

In agris, aruis, cultis aggeribus vbique, aeſtate.

ſepium 128. CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis vnifloris. *Linn. Syſt.* 1. p. 434.

In dumetis ſepibus, hortis vbique. Aeſtate.

DATURA. L. G. 263.

Cal. tubulosus angulatus, deciduus; baſi orbiculata, perſiſtente. *Cor.* infundibuliformis; limbo plicato, acuminato. *Capſ.* 3-locularis, 4 valuis.

Stramonium 129. DATURA pericarpiis erectis, ſpinosis, ouatis; foliis ouatis glabris. *Linn. Syſt.* 1. p. 497.

In

In ruderatis. *Bey Malchin an den Gärten und Scheunen vor dem Steinthore* et alibi. Julio.

Officin. Daturae. ſ. Stramonii Herba, Semina.

HYOSCYAMVS. L. G. 264.

Cor. infundibuliformis; limbo obtuſo. *Stam.* inclinata. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* circumſciſſa, bilocularis.

130. HYOSCYAMVS foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 499. *niger*

In ruderatis ad pagos. *Bey Malchin vor dem Steinthor an den Gärten.* Junio. Julio.

Officin. Hyoſcyami. Radix, Herba, Semen.

VERBASCUM. L. G. 262.

Cor. rotata ſubinaequalis. *Filam.* inclinata, villoſa. *Stigma.* obtuſum. *Capſ.* 2-locularis. 2-valuis.

131. VERBASCVM foliis decurrentibus vtrinque tomentoſis caule ſimplici. *Linn. Syſt.* 1. p. 492. *Thapſus*

In ruderatis, verſuris: *bey Remplin an der Landſtraſse* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

Officin. Verbaſci Herba, Flores.

132. VERBASCUM foliis cordato-oblongis petiolatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 494. *nigrum*

In nemoribus, ſiccis, praeſertim *in der Gegend um Roſtoch bey Keſſin am Wege* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

Officin. Verbasci nigri Radix, Flores.

VINCA. L. G. 322.

Contorta. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigma* duplex, vnum alteri superimpositum. *Folliculi* 2. erecti. *Sem.* nuda.

minor 133. VINCA caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ouatis, floribus pedunculatis. *Linn. Syst.* 1. p. 593.

Auf dem Stadtwall bey Malchin passim. Aprili. Majo.

Officin Vincae peruincae Herba.

SOLANUM. L. G. 268.

Cor. rotata. *Anth.* subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* subrotunda, 2-locularis.

Dulcamara 134. SOLANVM caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Linn. Syst.* 1. p. 511.

In sepibus, locis montosis et aquosis: *auf den Bergen bey Goschendorff am Gülitzer Wege, im Rohrbruch bey Malchin, auch hin und wieder in holen Weiden.* Junio. Julio.

Officin: Dulcamarae Radix, Stipites.

nigrum 135. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ouatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus. *Linn. Syst.* 1. p. 514.

In cultis. ruderatis vbique.

Officin: Solani Herba.

c. Flo-

c. *Flores monopetali, ſuperi.*

PHYTEUMA. L. G. 236.

Cor. corniculata, ad baſin fere 5-partita; laciniis linearibus. *Stigma* 2-f. 3-fidum. *Capſ.* 2-f. 3-locularis, polyſperma.

136. PHYTEUM ſpica oblonga, capſulis biloculariibus foliis radicalibus cordatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 471. *ſpicata*

In ſyluis. *Bey Piſide im Holze*, paſſim. Majo, Junio.

Officin: Rapunculi Radix.

CAMPANVLA. L. G. 234.

Cor. campanulata, fundo clauſo valuis ſtaminiferis. *Stigma* 3-partitum. *Capſul.* 3-f. 5-locularis foraminibus lateralibus dehiſcens.

* *Foliis laeuioribus.*

137. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus; caulinis linearibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 455. *rotundifolia*

In paſcuis, nemoribus, collibus: *bey Malchin am Berge vor dem Haynholze*, aeſtate.

138. CAMPANULA foliis radicalibus obouatis, caulinis lanceolato-linearibus ſerratis ſubſeſſilibus remotis. *Linn. Syſt.* 1. p. 456. *perſicifolia*

In nemoribus, montibus: *bey Malchin auf dem Wall, auch am Rande des Hayenholzes* et alibi paſſim. Julio, Auguſto.

** *Foliis ſcabris latioribus.*

Trachelium 139. CAMPANULA caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Linn. Syſt.* 1. p. 460.

In nemoribus inter dumeta: *bey Malchin auf dem Wall, auch am Hayenholze.* Julio. Auguſto.

glomerata 140. CAMPANULA caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. *Linn. Syſt.* 1. p. 460.

In aridis montoſis: *bey Malchin neben den jungen Tannen* et alibi.

LONICERA. L. G. 250.

Cor. irregularis. *Stigma* capitatum. *Bacca* ſubrotunda bilocularis.

Periclymenum 141. LONICERA capitulis ouatis imbricatis, terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. *Linn. Syſt.* 1. p. 481.

Ad ſepes, in ſyluaticis: *bey Malchin am Scheidegraben nach Baſedow hin; auch im Hayenholze* paſſim. Junio. Julio.

Officin: Caprifolii Herba.

Xyloſteum 142. LONICERA pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis integerrimis pubeſcentibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 482.

In nemoribus, *bey Piſide.* In dumetis *bey Piſide auf dem Felde links des Hofes auf dem ſterilen Hügel*, rarius. Majo.

d. Flo-

d. Flores pentapetali, inferi.

RHAMNVS. L. G. 284.

Cal. corollinus tubulosus, squamae oris conniventes, stamina munientes. *Bacca* subrotunda

143. RHAMNVS spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ouatis. *Linn. Syst.* 1. p. 539. *europaeus*

In sepibus, dumetis: *bey Malchin vor dem Steinthore an den Hellengrund; auch im Scheidegraben vor dem Wargentinschen Thore.* Majo.

Officin. Spinae ceruinae Baccae.

144. RHAMNVS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Linn. Syst.* 1. p. 543. *Frangula*

In nemorosis humidis, in syluis: *bey Malchin hin und wieder in den Ellerbrüchen; auch im Hayenholze* et alibi. Majo. Junio.

Officin. Frangulae Cortex.

EVONYMUS. L. G. 291.

Cal. patens. *Bacca* capsularis lobata, colorata. *Sem.* baccato-arillata.

145. EVONYMUS floribus plerisque quadrifidis, foliis acutis. *Linn. Syst.* 1. p. 554. *europaeus*

Ad sepes in nemoribus: *bey Malchin auf dem Wall; auch in den Scheidegräben.* Majo.

c. *Flores pentapetali, ſuperi.*

RIBES. L. G. 301.

Pet. et *Stam.* calyci inſerta. *Styl.* bifidus. *Bacca* polyſperma.

* *Ribeſia inermia.*

rubrum 146. RIBES inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. *Linn. Syſt.* 1. p. 564.

Ad ſepes *bey Malchin auf dem Wall; auch in holen Weiden.* Aprili, Majo.

Officin. Ribium rubrorum Baccae.

nigrum 147. RIBES inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. *Linn. Syſt.* 1. p. 565.

Ad ſepes: *bey Malchin vor dem Kahldiſchen Thore, vor der Kämmerey-Wieſe* et alibi. Aprili. Majo.

Officin. Ribium nigrorum ſtipites, Folia, Baccae.

** *Groſſulariae aculeatae.*

Groſſularia 148. RIBES ramis aculeatis, petiolorum ciliis piloſis, baccis hirſutis. *Linn. Syſt.* 1. p. 566.

Ad ſepes: *bey Malchin hin und wieder an den Zäunen.* Aprili, Majo.

Uva-crispa. 149. RIBES ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. *Linn. Syſt.* 1. p. 566.

Iisdem locis. Aprili.

Officin. Uuae crispae Baccae.

HEDE-

HEDERA. L. G. 304.

Inuolucr. umbellae minimum. *Pet.* oblonga. *Stigm.* ſimplex. *Bacca.* calyce cincta.

150. HEDERA foliis ouatis lobatisque. *Linn. Syſt.* 1. p. 568. *Helix*

In ſyluis. *In dem Holze bey Piſide* copioſe et alibi. Auguſto. Septembri.

Officin. Hederae arboreae Lignum, Folia, Baccae.

f. Flores incompleti, inferi.

GLAUX. L. G. 314.

Cal. o. *Cor.* 1-petala, perſiſtens. *Capſ.* 1-locularis, 5-valuis, 5-ſperma.

151. GLAUX maritima, *Linn. Syſt.* 1. p. 585. *maritima*

Ad littora maris baltici, *bey Warnemünde* paſſim. Junio.

DIGYNIA.

a. Flores monopetali, inferi.

SWERTIA. L. G. 351.

Cor. rotata: Nectariferi pori ad baſin laciniarum corollulae. *Capſ.* vnilocularis, 2-vuluis.

152. SWERTIA corollis quinquefidis, foliis radicalibus oualibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 635. *perennis*

Auf der Baſedowſchen Wieſe ſo gleich hinter dem Scheidegraben rechts nach der Peene hin. Septembri.

GENTIANA. L. G. 352.

Cor. inferne tubulosa, varia. *Capsul.* 2-valvis. 1-locularis. *Receptaculis.* 2 longitudinalibus.

Centaurium 153. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, pistillo simplici. *Linn. Syst.* 1. p. 642.

In sylvaticis: *bey Malchin im Kahldischen Holze an dem sterilen Berge am Mühlenbruch* et alibi. Julio.

Officin. Centaurii minoris Herba.

campestris 154. GENTIANA corollis quadrifidis fauce barbatis. *Linn. Syst.* 1. p. 644.

In Montosis siccis: *bey Malchin auf dem Lalaerberge.* Septembri, Octobri.

cruciata 155. GENTIANA corollis quadrifidis, imberbibus, floribus verticillatis sessilibus. *Linn. Syst.* 1. p. 645.

In Montosis siccis *bey Malchin im Mühlenfelde am Lausebusch; auch am Scheidegraben nach Scharpzow hin.* Julio.

b. Flores incompleti.

SALSOLA. L. G. 339.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* o. *Capsf.* 1-sperma. *Sem.* cochleatum.

Kali 156. SALSOLA herbacea decumbens, foliis subulatis spinosis, calycibus marginatis, exillaribus. *Linn. Syst.* 1. p. 624.

Habi-

Habitat in littoralibus maris; *bey Warnemünde* frequens. Julio.

CHENOPODIUM. L. G. 337.

Cal. 5-tagonus, profunde 5-fidus, concavus. *Sem.* 1. lenticulare ſuperum.

* *Foliis anguloſis.*

157. CHENOPODIUM foliis triangularibus, ſagittatis, integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis axillaribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 617. *Bonus Henricus*

In ruderatis frequens. Junio. Julio.

Officin. Boni Henrici Herba.

158. CHENOPODIUM foliis cordato triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis compoſitis ſubfolioſis, caule breuioribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 617. *rubrum*

In ruderatis, cultis: *bey Malchin am langen Damm* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

Officin: Artiplicis ſylueſtris Herba.

159. CHENOPODIUM foliis ouatis nitidis dentatis acutis, racemis ramoſis nudis. *Linn. Syſt.* 1. p. 618. *murale*

In ruderatis, ad aggeres, in cultis paſſim. Auguſto, Septembri.

160. CHENOPODIUM foliis rhomboideo-triangularibus eroſis, poſtice integris: ſummis oblongis, racemis erectis. *Linn. Syſt.* 1. p. 618. *album*

In

In cultis, agris, verſuris: *bey Malchin an den Gartenzäunen vor dem Wargentinſchen Thore* et alibi. Auguſto.

viride 161. CHENOPODIUM foliis rhomboideis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubfoliatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 619.

In cultis, agris, hortis, ad ſepes vulgatiſſima. Aeſtate.

hybridum 162. CHENOPODIUM foliis cordatis, angulato-acuminatis racemis ramoſis nudis. *Linn. Syſt.* 1. p. 619.

In cultis oleraceis, ad ſepes: *an den Gartenzäunen bey Malchin.* Julio. Auguſto.

glaucum 163. CHENOPODIUM foliis ouato-oblongis repandis, racemis nudis, ſimplicibus, glomeratis. *Linn. Syſt.* 1. p. 621.

In ruderatis cultis, ad domos, fimeta: *bey Malchin an den Scheunen; hin und wieder an der Staudtmauer.* Julio. Auguſto.

** *Foliis integris.*

Vulvaria 164. CHENOPODIUM foliis integerrimis rhombeo-ouatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 621.

In Plateis Roſtochii: *in der Strandtſtraſse bey dem Mönchthor* rarius. Julio, Auguſto.

Officin. Vulvariae Herba.

polyſpermum 165. CHENOPODIUM foliis integerrimis ouatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 621.

In

In Cultis oleraceis copioſe aeſtate.

166. CHENOPODIUM foliis ſubulatis ſeminibus cylindricis. *Linn. Syſt.* 1: p. 622. *maritimum*

Ad littora maris baltici *bey Warnemünde.* Julio. Auguſto.

HERNIARIA. L. G. 336.

Cal. 1-phyllus; 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 10: 5. ſterilia. *Capſ.* 1-ſperma.

167. HERNIARIA glabra, glomerulis multifloris. *Linn. Syſt.* 1. p. 615. *glabra*

In apricis glareoſis, ſiccis collibus. *Auf dem Lalaerberge bey Malchin* et alibi. Junio.

Officin. Herniariae Herba.

ULMUS. L. G. 345.

Cal. 1-phyllus, 5-fidus. *Cor.* o. *Stigm.* pubeſcentia, *Pericarp.* exſuccum compreſſo-menbranaceum 1-ſpermum.

168. ULMUS foliis duplicato ſerratis baſi inaequalibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 631. *campeſtris*

Auf dem Malchinſchen Sadtwall; auch im Scheidegraben. Aprili.

Officin: Ulmi Cortex.

c. *Flores pentapetali, ſuperi, diſpermi. Umbellatae.*

A. Inuolucro vniuerſali et partiali.

ERYNGIUM. L. G. 354.

169. ERYNGIUM foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis, *maritimum*

tis, paleis tricuspidatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 649.

Ad littora maris. *In Warnemünde vorne in den Straſsen* copioſe. Junio. Julio.

HYDROCOTYLE. L. G. 355.

Flor. Subumbellati, fertiles. Umbella ſimplex. *Involucr.* totidem foliola quot flores. *Pet.* integra. *Sem.* ſemi-orbiculata, compreſſa, alata.

vulgaris 170. HYDROCOTYLE foliis peltatis, vmbellis quinqueflori. *Linn. Syſt.* 1. p. 651.

In inundatis pratis aquoſis: *bey Malchin auf den Damm-Wieſen.* Junio. Julio.

SANICULA. L. G. 356.

Flor. ſubumbellati: diſci maſculi. *Umb.* conferta, ſubcapitata. *Sem.* muricata.

europaea 171. SANICULA foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 652.

In ſyluis, nemoribus vmbroſis. *Bey Piſide im Gehölze, nicht weit von dem Hofe.* Majo. Junio.

Officin: Saniculae Herba.

HERACLEUM. L. G. 375.

Involucr. caducum. *Flor.* diſformes, hermaphroditi; petalis inflexo-emarginatis. *Fruct.* ellipticus compreſſus, ſtriatus, marginatus.

Sphondylium 172. HERACLEUM foliis pinnatifidis laeuibus, floribus vniformibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 686.

In

In nemoribus et pratis humidis frequens. Julio.

Officin. Brancae vrſinae Herba.

OENANTHE. L. G. 382.

Inuol. vniuerſ. 1-polyllum rarius 0. *Flor.* ſubſeſſiles, diſformes: radii maſculi. *Sem.* ſubouata, perianthio ſubulato et piſtillis coronata.

173. OENANTHE ſtolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fiſtuloſis. *Linn. Syſt.* 1. 699. *fiſtuloſa*

In foſſis vbique *bey Malchin in den Gräben am Gerichtsbruch.* Junio.

174. OENANTHE foliis radicalibus cuneatis fiſſis, caulinis integris, linearibus, longiſſimis, ſimplicibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 700. *pimpinelloides*

Bey Warnemünde rechts auf einer kleinen Inſel in einer Pfütze. Julio.

DAUCUS. L. G. 364.

Invol. pinnatifida. *Umb.* fructifera concavo-conniuens. *Flor.* ſubradiati: radii ſaepe feminei. *Sem.* ſubouata, pilis hiſpida.

175. DAUCUS ſeminibus hiſpidis, floſculo centrali carnoſo, receptaculo communi hemiſphaerico. *Linn. Syſt.* 1. p. 667. *Carota*

In dumetis ſepibus frequens. Junio. Julio.

Officin. Dauci ſylveſtris Semina.

TOR-

TORDYLIUM. L. G. 361.

Invol. simplicia: partiale umbella fere longius. *Flor.* radiati hermaphroditi. *Sem.* subrotunda, margine crenata.

Anthriscus 176. TORDYLIUM umbellis confertis, foliolis ouato-lanceolatis pinnatifidis. *Linn. Syst.* 1. p. 663.

Ad sepes, dumeta copiose. Junio. Julio.

CONIUM. L. G. 367.

Invol. partial. dimidiata subtriphylla. *Flor.* subuniformes hermaphroditi. *Sem.* gibba subhemisphaerica; costato sulcata.

maculatum 177. CONIUM seminibus striatis. *Linn. Syst.* 1. p. 672.

In ruderatis, ad sepes: *bey Malchin an den Zäunen bey der Hellengrund* et alibi. Julio. Augusto.

Officin. Conii maculati. s. Cicutae Störkii Herba.

ATHAMANTHA. L. G. 369.

Invol. polyphylla. *Flor.* vniformes hermaphroditi. *Pet.* inflexo-emarginata. *Sem.* ouato-oblonga, conuexa, striata.

Oreoselinum 178. ATHAMANTHA foliolis diuaricatis. *Linn. Syst.* 1. p. 677.

In apricis siccis: *bey Malchin in der Tannenheide am Schneiderkamp.* Julio.

Officin. Oreoselini Radix, Herba.

BUPLEA-

BUPLEURUM. L. G. 358.

Invol. vmbellae majora. 5-phylla. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Pet.* inuoluta. *Sem.* ouato-oblonga, compreſſa, ſtriata.

179. BUPLEURUM inuolucris vniuerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 654. *rotundifolium*

Ad aggeres rarius: *bey Malchin vor dem Pfort, am Ufer des Weges.* Junio, Julio.

Officin: Perfoliatae Herba, Semina.

SIUM. L. G. 378.

Invol. polyphylla: vniuerſ. reflexum. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* ſubouata, ſtriata.

180. SIUM foliis pinnatis, vmbella terminali. *Linn. Syſt.* 1. p. 693. *latifolium*

In foſſis copioſe: *bey Malchin in den Gärten am Gerichtsbruch.* Julio.

181. SIUM foliis pinnatis, vmbellis axillaribus, pedunculatis inolacris pinnatifidis. *Linn. Syſt.* 1. p. 693. *anguſtifolium*

In foſſis aquoſis: *bey Witzerhof in dem Graben an der Wieſe.* Julio.

SELINUM. L. G. 368.

Invol. reflexum. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* ouali-oblonga, compreſſo-plana, medio ſtriata, lateribus membranaceis.

182. SELINUM ſublacteſcens, radice vnica. *Linn. Syſt.* 1. p. 673. *paluſtre*

In paludibus: *bey Malchin in dem Ellerbruch am Mühlenteich.* Julio.

Officin. Oelsnitii Radix.

ANGELICA. L. G. 377.

Involucr. partial. polyphylla. Umbellulae globosae. *Flor.* vniformes hermophroditi. *Sem.* ouata, angulata, marginata sulcis 3-exasperata.

archangelica 183. ANGELICA foliorum impari lobato. *Linn. Syst.* 1. p. 691.

Bey Malchin auf den Wiesen hinter den Peen-Gärten copiose. Julio.

Officin: angelicae Radix, Herba, Semina.

sylvestris 184. ANGELICA foliolis aequaliter ouato-lanceolatis serratis. *Linn. Syst.* 1. p. 691.

In pratis humidis: *bey Malchin auf der Weide bey dem Lalaerberge.* Julio, Augusto.

Officin: Angelicae sylvestris Radix.

b. Involucris partialibus: nec vniversali.

AETHUSA. L. G. 385.

Involucella dimidiata, 3-phylla, pendula. *Flor.* subuniformes hermaphroditi. *Sem.* subrotunda, sulcata.

Cynapium 185. AETHUSA foliis conformibus. *Linn. Syst.* 1. p. 703.

In cultis, agris, freqnens aestate.

CHAE-

CHAEROPHYLLUM. L. G. 388.

Inuolucella reflexa, concaua. *Flor.* ſubuniformes, diſci maſculi. *Sem.* oblonga, ſuperne attenuata, laeuia.

186. CHAEROPHYLLUM caule ſtriato, geniculis tumidiuſculis. *Linn. Syſt.* 1. p. 708. *ſylueſtre*

In pomariis, pratis, ad ſepes, vbique. Majo. Junio.

Officin. Cicutariae Herba.

187. CHAEROPHYLLUM caule laeui, geniculis tumido, baſi hirto. *Linn. Syſt.* 1. p. 709. *bulboſum*

In dumetis ad ſepes: *bey Malchin an den Feldzäunen im Mühlenfelde.* Junio.

Chaerophyllum caule ſcabro: geniculis tumidis. *Linn. Syſt.* 1. p. 709. *temulentum*

Ad ſepes, in dumetis, ruderatis vulgare. *Bey Malchin an den Gartenzäunen vor dem Wargentinſchen Thore.* Aeſtate.

PHELLANDRIUM. L. G. 393.

Flor. ſubdiformes, hermaphroditi. *Sem.* ouata, glabra, leuiter ſtriata, coronata perianthio et piſtillis.

188. PHELLANDRIUM foliorum ramificationibus diuaricatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 701. *aquaticum*

In foſſis: *bey Malchin in den Gärten am Gerichtsbruch; auch in den Teichen vor dem Steinthor.* Junio.

Officin: Phellandrii Semina.

CICUTA. L. G. 384.

Umbell. vniu. et portial. ſubrotunda. Inuolucella polyphylla, ſetoſa. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Styli* corolla longiores, perſiſtentes. *Sem.* ſubouata, ſtriata.

viroſa 189. CICUTA vmbellis opoſitifoliis, petiolis marginatis obtuſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 702.

In aquis ſtagnantibus alnetorum: *bey Malchin im Gerichtsbruch* et alibi. Julio.

Officin. Cicutae aquaticae Herba.

PASTINACA. L. G. 392.

Flor. vnifames, hermaphroditi. *Sem.* eliptica, compreſſo-plano-marginata.

ſatiua 190. PASTINACA foliis ſimpliciter pinnatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 719.

In Pomariis, verſuris, *bey Keſſin am Wege an dem hohen Ufer; auch bey Malchin an den Wallgärten.* Julio. Auguſto.

Officin: Paſtinacae Radix, Semina.

AEGOPODIUM. L. G. 398.

Umb. vniuerſal. conuexa; partial. plana. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Styli.* longitudine corollulae. *Sem.* ouato-oblonga, gibba, ſtriata.

Podagraria 191. AEGOPODIUM foliis caulinis ſummis ternatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 726.

Ad ſepes, in pomariis frequens. Junio.

APIUM. L. G. 397.

Inuolucr. ſub 1-phyllo. *Flor.* vniformes: diſci maſculi. *Sem.* minuta, ouata, ſtriata.

192.

192. APIUM foliis caulinis cuneiformibus. *graveolens*
umbellis seſſilibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 726.
In foſſis aquoſis: *bey Malchin am Bollwercke, hinter der Freyarche.* Julio.
Officin: Apii Radix, Herba, Semina.

PIMPINELLA. L. G. 396.
Umbellae ante floreſcentiam nutantes. *Flor.* ſubuniformes, hermaphroditi. *Stigm.* ſubgloboſa. *Sem.* ouato-oblonga ſtriata.

193. PIMPINELLA foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundis; ſummis linearibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 720. *Saxifraga*
In collibus apricis, paſcuis, vulgaris. Julio. Auguſto.
Officin. Pimpinellae albae Radix, Herba, Semina.

194. PIMPINELLA foliis omnibus pinnatis, pinnis multipartitis, ſegmentis ſubfoliatis acutis. Rez Faſc. Obſ. III. p. 30. n. 46. *diſſecta*
In ſyluis. *Im Kahldiſchen Holze, rechts am Wege; auch bey Malchin im Haynholze.* Julio.

TRIGYNIA.

a. Flores ſuperi.

VIBURNUM. L. G. 400.
Cor. campanalata, 5-fida. *Bacca* 1-ſperma.

195. VIBURNUM foliis lobatis petiolis glanduloſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 734. *Opulus*

In nemorosis subhumidis: *bey Malchin überall in den Ellerbrüchern* et alibi. Majo.

SAMBUCUS. L. G. 402.

Cor. rotato-concaua, 5-fida. 3-sperma.

Ebulus 196. SAMBUCUS cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Linn. Syst.* 1. p. 736.

In sepibus: *Bey Goschendorf an beyden Seiten.* Junio.

Officin. Ebuli Radix, Cortex, Herba, Bacca.

nigra 197. SAMBUCUS cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Linn. Syst.* 1. p. 337.

In sepibus vbique. Junio.

Officin. Sambuci Cortex interior, Folia, Flores, Baccae.

b. Flores inferi.

ALSINE. L. G. 411.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* 5. aequalia. *Capsul.* 1-locularis, polisperma.

media 198. ALSINE petalis bipartitis, foliis ouato-cordatis. *Linn. Syst.* 1. p. 746.

In hortis, agris vbique; aestate.

TETRAGYNIA.

PARNASSIA. L. G. 415.

Cal. 5-partitus. *Pet.* 5. *Nectar.* 5. cordata ciliato-glandulosa. *Capsul.* 4-valuis.

palustris 199. PARNASSIA. *Linn. Syst.* 1. p. 749.

In

In pratis humidis et vliginosis: *bey Malchin auf den neuen Rücken; auch bey den Torfgruben*, et alibi. Augusto.

Officin: Hepaticae albae Herba, Flores.

PENTAGYNIA.

LINUM. L. G. 419.

Cor. 5-phyllus. *Pet.* 5. *Capsul.* 5. valuis. 10-locularis. *Sem.* solitaria.

200. LINUM calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. *Linn. Syst.* 1. p. 758. *usitatissimum*

Adversuras, in pascuis, inter segetes passim. Iunio. Iulio. An indegena?

Officin: Lini satiui Semina.

201. LINUM foliis oppositis ouato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Linn. Syst.* 1. p. 765. *catharticum*

In pratis succulentis: *bey Malchin im Hayenholze bey den Sandgruben; auch auf der Weide bey dem Lalaerberge.* Aestate.

Officin: Lini cathartici Herba.

202. LINUM foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Linn. Syst.* 1. p. 765. *Radiola*

Bey Malchin so gleich links am Scheidegraben am Wege nach Duckow. Aestate.

DROSERA. L. G. 421.

Cal. 1-phyllus, 5-fidus. *Pet.* 5. *Capsul.* 1-locularis, apice 5-vuluis, polysperma.

rotundifolia 203. DROSERA scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Linn. Syst.* 1. p. 766.

In paludosis: *auf dem Moor in der Scheide zwischen dem Malchin und Scharpzowschen Felde* et alibi.

Officin. Roris solis. s. Rorellae Herba.

longifolia 204. DROSERA scapis radicatis, foliis ouali-oblongis. *Linn. Syst.* 1. p. 766.

Iisdem locis, praesertim *bey Malchin hinter dem Eisenberge nach der Peene hin.*

STATICE. L. G. 418.

Cal. propr. 1-phyllus, integer, plicatus, scariosus. *Sem.* 1. calyce infundibuliformi vestitum.

Armeria 205. STATICE scapo simplici capitato, foliis linearibus. *Linn. Syst.* 1. p. 753.

In pascuis, aggeribus ad Vias: *bey Malchin vorn am Hayenholze.* Julio. Augusto.

POLYGYNIA.

MYOSURUS. L. G. 426.

Cal. 5-phyllus, supra basin adnatus. *Nectar.* 5. lingulata, petaliformia. *Recept.* longissimum. *Sem.* numerosis tectum.

minimus 206. MYOSURUS *Linn. Syst.* 1. p. 778.

In agris, cultis frequens. Majo.

B. MO-

B. MONOECIA.

XANTHIUM L. G. 1152.

♂ *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* composita: propria 1-petala infundibuliformis. *Filam.* coalita. *Recept.* paleaceum.

♀ *Cal.* inuolucrum 2-phyllum 2-florum. *Cor.* 0. *Styl.* 2. Drupa sicca, muricata, bifida: nucleo biloculari.

207. XANTHIUM caule inermi; foliis cordatis trineruatis. *Linn. Syst.* 4. p. 137. *strumarium*

In ruderatis frequens. Iulio. *Officinis* Xanthii Semina.

C. DIOECIA.

CANNABIS L. G. 1220.

♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.

♀ *Cal.* 1-phyllus, oblique patens. *Cor.* 0. *Styl.* 2. Nux biualuis intra calycem clausum.

208. CANNABIS foliis digitatis. *Linn. Syst.* 4. p. 251. *sativa*

Ad sepes in cultis vbique. Julio. *Officinis.* Cannabis Semina.

HUMULUS. L. G. 1221.

♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.

♀ *Cal.* 1-phyllus, oblique patens. *Cor.* 0. *Styl.* 2. *Sem.* 1. intra calycem foliatum.

209. HUMULUS. *Linn. Syst.* 4. p. 252. *Lupulus*

In sepibus, dumetis frequens. Julio. Augusto. *Officinis.* Lupuli Radix, Turiones Coni s. Strobili.

D. POLYGAMIA.

ATRIPLEX. L. G. 1260.

☿ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Styl.* bipartitus. *Sem.* 1, depreſſum.

♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor. Styl. Sem.* hermaphroditi.

haſtata 210. ATRIPLEX caule herbaceo, calycinis valvulis femineis magnis deltoidibus, ſinuatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 324.

In hortis, ruderatis, ad vias frequens. Julio. Auguſto.

patula 211. ATRIPLEX caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis calycibus feminum diſco dentatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 325.

In ruderatis, agris, ſepibus vbique. Julio, Auguſto.

CLAS-

CLASSIS VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a. Flores calyculati, calyce corrollaque inſtructi.

BERBERIS. L. G. 476.

Cal. 6-phyllus inferus. *Pet.* 6. ad baſin glandulis nectariferis 2. *Styl.* 0. *Bacca* 2-ſperma.

212. BERBERIS pedunculis racemoſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 106. *vulgaris*

In ſepibus: *bey Malchin an den Gärten vor dem Steinthore* rarius. Majo.

Officin. Berberis baccae.

b. Flores ſpathacei.

ALLIUM. L. G. 422.

Spatha multiflora. *Umbella* congeſta. *Cor.* infera. 6-petala, patens.

* *Foliis caulinis planis. Umbella bulbifera.*

213. ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus, ſtaminibus tricuſpidatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 32. α. *Scorodoprafum*

In

In pratis: *bey Warnemünde auf der rechten Seite; auch unten am Roſtockſchen Stadtwall zwiſchen dem Kröpliner und Brandtthore.* Junio.

carinatum 214. ALLIUM caule planifolio bulbifero, ſtaminibus ſubulatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 33.

In montoſis nemoroſis: *am Rande des Holzes bey Piſide an der Scheide nach Goſchendorf.* Julio.

** *Foliis caulinis teretibus vmbella bulbifera.*

vineale 215. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 36.

In paſcuis, ad verſuras: *bey Malchin vor dem Pfort; auch an dem Wege nach Remplin.* Junio. Julio.

c. *Flores nudi inferi.*

CONVALLARIA. L. G. 459.

Cor. 6-fida. *Bacca* ante maturitatem maculata, 3-locularis, 3-ſperma.

* *Lilium conuallium. Tournef.*

maialis 216. CONVALLARIA ſcapo nudo. *Linn. Syſt.* 2. p. 73.

In nemoribus montoſis vmbroſis: *bey Malchin im Hayenholze.* Majo.

Officin. Lilii conuallii Flores.

** *Polygonata Tourn.*

217. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. *Linn. Syst.* 2. p. 74. *Polygonatum*

In syluaticis et nemoribus: *bey Malchin im Kahldischen Holze vor dem hohlen Wege* et alibi frequens. Majo.

Officin. Sigilli Salomonis Radix.

218. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *Linn. Syst.* 2. p. 74. *multiflora*

Iisdem locis, praesertim *bey Malchin im Hayenholze hinter dem Jägerhause.* Majo.

*** *Smilax Tourn.*

219. CONVALLARIA foliis cordatis, floribus tetrandris. *Linn. Syst.* 2. p. 75. *bifolia*

In syluis vmbrosis copiosissime vbique. Majo.

Officin: Unifolii Herba.

ANTHERICUM. L. G. 455.

Corall. 6-petala, patens. *Capsf.* ouata.

220. ANTHERICUM foliis planis, pistillo declinato. *Linn. Syst.* 2. p. 69. *Liliago*

Bey Malchin in der Tannenheyde rechts am jessenschen Wege. Majo, Junio.

Scapus interdum ramosus.

ORNITHOGALUM. L. G. 451.

Cor. 6-petala, erecta, persistens supra medium patens.

221.

luteum 221. ORNITHOGALUM ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis vmbellatis ſimplicibus. *Linn. Syſt.* 2. p. 53.

In pomariis, cultis, agris vbique. Martio. Aprili.

minimum 222. ORNITHOGALUM ſcapo angulato diphyllo, pedunculis vmbellatis ramoſis. *Linn. Syſt.* 2. p. 53.

In agris: *bey Malchin auf dem Wargentinſchen Felde* rarius.

ASPARAGUS. L. G. 457.

Cor. 6-partita erecta, *Styl.* breuiſſimus. *Bacca* globoſa, 3-locularis. 6-ſperma.

officinalis 223. ASPARAGUS caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *Linn. Syſt.* 2. p. 68.

In nemoribus ſyluaticis, *in den Tannen bey Witzerhof.*

Officin: Aſparagi Radix, Baccae, Semina.

d. Flores incompleti.

ACORUS. L. G. 468.

Spadix ex margine folii, cylindricus, tectus floſculis. *Styl.* o. *Capſ.* 3-locularis.

Calamus 224. ACORUS. *Linn. Syſt.* 2. p. 92.

In foſſis paludoſis: *bey Malchin vor dem Mühlenthor am Roſengarten.* Junio. Julio.

Officin. Calami vulgaris. ſ. aromatici Radix.

JUNCUS. L. G. 471.

Cal. 6-phyllus, perſiſtens. *Cor.* o. *Capſ.* 1-loc.

* *Culmis nudis.*

225. JUNCUS culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. *Linn. Syſt.* 2. p. 94. *conglomeratus*

In vliginoſis: *links am Wege nach Dempzin vorne in der Bentz.* Junio. Julio; rarius.

226. JUNCUS culmo nudo ſtricto, panicula laterali. *Linn. Syſt.* 2. p. 94. *effuſus*

In vliginoſis, aquis ſtagnantibus frequens. Junio. Julio.

227. JUNCUS culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis, aphyllis. *Linn. Syſt.* 2. p. 96. *ſquarroſus*

In ceſpitoſis: *bey der Roſtocher Fehre rechts auf der Wieſe*; rarius. Junio.

** *Culmis folioſis.*

228. JUNCUS foliis nodoſo-articulatis, petalis obtuſis. *articulatus*

α. Iuncus articulatus aquaticus, foliis articulatis compreſſis panicula ſemel ramoſa. Hall. heluet. 1322.

β. Juncus viuiparus. Weigel p. 222.

γ. Juncus articul. ſyluaticus fol. teretibus articulatis, panicula repetito-ramoſa Hall. heluet 1323.

α. In pratis vbique: *bey Malchin auf dem Bornberge* copioſe. β. *auf der Weide bey*

bey dem Lalaerberge. γ. *in dem Graben bey Witzerhoff.* Junio. Julio.

bulbosus 229. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. *Linn. Syst.* 2. p. 97.

Abundat in pratis et pascuis humidis. Junio, Julio.

bufoninus 230. JUNCUS culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. *Linn. Syst.* 2. p. 98.

α. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, erectum. Scheuchz. gram. 327.

β. Gramen nemorosum calyculis paleaceis, species altera procerior. l. c. 328.

α. In humidis vbique. β. in nemorosis: praesertim *bey Pisde im Holze an der Brücke bey dem Walmstorffer Soll.*

tenageia 231. JUNCUS annuus, culmo ramoso paniculato, floribus solitariis sessilibus, petalis ovato-oblongis, capsula subglobosa. *Linn. Suppl.* p. 208.

Iisdem locis ni fallor. Locus proprius in memoriam non redit.

capitatus 232. JUNCUS foliis setaceis, capitulo terminali alarique subfolioſis, petalis acutis integris, pericarpio aequantibus. Weigel observ. 28. t. 3. f. 5.

In subhumidis: *bey Malchin sogleich hinter dem Scheidegraben links am Duckowschen Wege; auch auf dem Tannenkamp an dem Wege nach Lipen.* Junio. Julio.

233.

233. JUNCUS foliis planis piloſis corymbo ramoſo. *Linn. Syſt.* 2. p. 100. *piloſus*

Abundat in nemoribus. Majo. JUNIO.

234. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. *Linn. Syſt.* 2. p. 101. *campeſtris*

In ſiccis vbique: *bey Malchin am Hayenholze*, cum varietatibus frequens. Aprili. Majo.

PEPLIS L. G. 482.

Cal. campanulatus: ore 12-fido; ſed 6. minutiſſima, fugaciſſima, calyci inſerta. *Capſ.* 2-locularis.

235. PEPLIS floribus apetalis. *Linn. Syſt.* 2. p. 112. *Portula*

In paludoſis: *bey Malchin auf dem Gerichtsbring* hinc inde *in den Löchern*; *in den Löchern bey den Scheiben-Pfoſten* rarius. Julio. Auguſto.

TRIGYNIA.

TRIGLOCHIN. L. G. 488.

Cal. 3-phyllus. *Pet.* 3. calyciformia. *Styl.* 0. *Stigmata.* 3-ſ. 6. *Capſul.* baſi dehiſcens.

236. TRIGLOCHIN, capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Linn. Syſt.* 2. p. 125. *paluſtre*

In pratis humidis: *bey Malchin auf den Dammwieſen* et alibi frequens. Junio.

maritimum 237. TRIGLOCHIN capsulis sexlocularibus ouatis. *Linn. Syst.* 2. p. 126.

Cum praecedente, praesertim *am Pfort bey Malchin.* Julio.

RUMEX. L. G. 485.

Cal. 3-phyllus. *Pet.* 3-conniuentia. *Sem.* 1. triquetrum, in coralla coniuente.

* *Hermaphroditi: valuulis granulo notatis.*

crispus 238. RUMEX floribus hermophroditis: valuulis integris graniferis, foliis lanceolatis vndulatis acutis. *Linn. Syst.* 2. p. 115.

In humidiusculis, ad pagos: *bey Malchin am langen Damm* frequens. Junio.

nemolapathum 239. RUMEX floribus hermaphroditis: valuulis linearibus obtusis integerrimis graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis infexioribus cordato-lanceolatis subundulatis basi integris. *Linn. Suppl.* p. 212.

In pascuis humidis. *An den Gartenzäunen vor dem Steinthor an der linken Seite bey Malchin* et alibi. Julio. Augusto.

maritimus 240. RUMEX floribus hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, foliis linearibus. *Linn. Syst.* 2. p. 117.

In palustribus: *bey Malchin am Pfort; auch am Damm vor dem Steinthor.* Junio.

241.

241. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 117. *acutus*
Abundat in humidis. Junio.
Officin: Lapathi acuti Radix.

** *Hermophroditi: valvulis grnnulo deſtitutis, ſ. nudis.*

242. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis intergerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. *Linn. Syſt.* 2. p. 119. *aquaticus*
In foſſis: *bey Malchin in dem Graben am Pfort; auch in den Teichen vor dem Steinthore.* Junio. Julio.

*** *Floribns diclinis.*

243. RUMEX floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 122. *acetoſa*
In pomariis, ſyluis, pratis vulgaris. Majo.
Officin: Acetoſae noſtratis Radix, Semina. Majo.

244. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 123, *acetoſella*
In aruis, ſyluis, pascuis abunde. Majo. Iunio.

SCHEUCHZERIA. L. G. 487.

Cal. 6.-partitus. *Cor.* 0. *Capſulae* 3. 4. inflatae 1-ſpermae.

245. SCHEUCHZERIA. *Linn. Syſt.* 2. p. 126. *paluſtris*

In dem Soll zwiſchen der Malchin- und Leuſchentinſchen Feldſcheide; auch in dem andern Soll in der Scharpzowſchen Scheide; ferner auf dem Moor bey der Gülitzer Ziegeley. Aprili. Majo.

POLYGYNIA.

Alisma. L. G. 495.

Plantago aquatica 246 Alisma foliis ouatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Linn. Syſt.* 1. p. 132.
In aquoſis ad foſſas frequens: *bey Malchin am langen Damm.* Julio.

natans 247. Alisma foliis ouatis obtuſis pedunculis ſolitariis. *Linn. Syſt.* 2. p. 133.
Bey Lipen in den Tannen auf dem alten Moor; auch vor dem Kreuzwege. Junio. Julio.

GYNANDRIA HEXAGYNIA.

Aristolochia. L. G. 1111.

Cal. o. *Cor.* 1-petala, lingulata integra. *Capſ.* 6-locularis infera.

Clematitis 248. Aristolochia foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Linn. Syſt.* 4. p. 61.
Ad ſepes: *bey Malchin an den Gärten vor dem Steinthor.* Junio. Julio.

CLAS-

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA MONOGYNIA.

TRIENTALIS. L. G. 496.

Cal. 7-phyllus. *Cor.* 7-partita aequalis, plana, ſtellata, *Bacca* capſularis exſucca.

249. TRIENTALIS foliis lanceolatis integerrimis. *Linn. Syſt.* 2. p. 136. *europaea*

In ſyluaticis, apud nos rarius; vnicum ſpecimen in itinere tertio Chloridi ſacro ad littora maris baltici Anno 1787. inſtituto, mihi occurrit: *auf dem Büchenberge bey Dobberan.* Amiciſſimus Dn. Dethardingius, Roſtochienſis, harum rerum indagator indefeſſus, copioſius habuit in tractu Ribnicenſi. Majo. Junio.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

EPILOBIUM. L. G. 507.

Cal. 4-phyllus, ſuperus, *Pet.* 4. *Capſul.* oblonga, 4-locularis. *Sem.* papoſa.

hirſutum 250. EPILOBIUM foliis alternis lanceolato-ouatis, floribus inaequalibus. *Linn. Syſt.* 2. p. 152.

In foſſis *bey Piſide* et alibi abunde. Julio.

montanum 251. EPILOBIUM foliis oppoſitis, ouatis dentatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 152.

In ſyluis montoſis: *bey Malchin im Hayenholze* paſſim. Julio.

paluſtre 252. EPILOBIUM foliis oppoſitis lanceolatis, integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Linn. Syſt.* 2. p. 153.

In nemoroſis humidis, foſſis frequens: *bey Malchin in den Gräben vor dem Steinthore* paſſim. Julio.

VACCINIUM. L. G. 523.

Cal. ſuperus. *Cor.* 1-petala. *Filam.* receptaculo inſerta. *Anth.* bicornes. *Bacca* polyſperma.

* *Fo-*

* *Foliis annotinis ſ. deciduis.*

253. VACCINIUM pedunculis vnifloris, foliis ſerratis ouatis deciduis, caule angulato. *Linn. Syſt.* 1. p. 164. *myrtillus*

In ſyluaticis et nemoribus umbroſis: *bey Malchin im Hayenholze rechts am Clavierwege* et alibi frequens. Majo.

Officin. Myrtill Folia, Baccae.

254. VACCINIUM pedunculis vnifloris, foliis integerrimis obouatis obtuſis laeuibus. *Linn. Syſt.* 2. p. 165. *vliginoſum*

In vliginoſis: *bey Grammentin in dem Holze in dem groſsen Moor.* Majo. Junio.

** *Foliis ſemper virentibus.*

255. VACCINIUM foliis integerrimis reuolutis ouatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. *Linn. Syſt.* 2. p. 167. *oxicoccos*

In paludoſis Sphagno repletis. *In dem Moor zwiſchen Malchin und Scharpzow* et alibi. Majo. Junio.

ERICA. L. G. 524.

Cal. 4-phyllus, inferus, coloratus. *Cor.* 1-petala 4-fida. *Filam.* receptaculo inſerta. *Anth.* bifidae. *Capſul.* 4-loculares.

256. ERICA antheris ariſtatis corollis campanulatis, ſubaequalibus, calycibus duplicatis foliis oppoſitis ſagittatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 168. *vulgaris*

In campestribus. *In den Tannen bey Witzerhoff* copiosissime. Variat floribus rubris et albis. Augusto.

Officin. Ericae Herba.

TRIGYNIA.

POLYGONUM. L. G. 537.

Cal. o. *Coroll.* 5-partita, calycina. *Sem.* 1. triquetrum, nudum.

* *Bistorta, spica unica.*

bistorta 257. POLYGONUM caule simplicissimo monostachio, foliis ouatis in petiolum decurrentibus. *Linn. System.* 2. p. 204.

In pratis humidis: *bey Malchin auf der Weide bey dem Lalaerberge.* Majo. Junio.

Officin. Bistortae Radix.

** *Perficariae pistillo bifido, aut stamina minus 8.*

amphibium 258. POLYGONUM floribus pentandris semidigynis, spica ouata. *Linn. Syst.* 2. p. 205.

α. P. aquaticum.

β. terrestre.

α. In fossis, piscinis. β. in pascuis et cultis: *bey Malchin in den Teichen vor dem Steinthor* β. *vor und in den Peengarten* copiose, aestate.

hydropiper 259. POLYGONUM floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Linn. Syst.* 2. p. 206.

In

In foſſis, ſyluis, aquis ſtagnantibus abunde Julio, Auguſto.

260. POLYGONUM, floribus hexandris digynis, ſpicis ouato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 207. *Perſicaria*

In ſubhumidis, cultis agris, copioſiſſime. Julio. Auguſto.

*** *Polygonum foliis indiuiſis, floribus octandris.*

261. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis caule procumbente herbaceo. *Linn. Syſt.* 2. p. 209. *auiculare*

Ad vias, in plateis, cultis pro ſoli natura varians. Aeſtate.

Officin. Centumnodiae Herba.

**** *Helxine foliis ſubcordatis.*

262. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtuſatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 213. *Conuolvulus*

Ad ſepes, in hortis: *bey Malchin an Hecken und Gartenzäunen.* Julio. Auguſto.

263. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili laeui, floribus carinato-alatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 213. *dumetorum*

Ad pagos, ſepes, in ſyluis: *bey Malchin im Hayenholze bey dem Jägerhauſe* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

TETRAGYNIA.

ADOXA. L. G. 543.

Cal. 2-fidus, inferus. *Cor.* 4. f. 5-fida, ſupera. *Bucca* 4. f. 5-locularis inter calycem et corollam.

Moſchatellina 264. ADOXA. *Linn. Syſt.* 2. p. 222.
In nemoribus. *Im Hayenholze, auch auf dem Wall bey Malchin,* et alibi frequens. Aprili.

D. DIOECIA.

POPULUS. L. G. 1228.

♂ *Cal.* amentum laxe imbricatum ſquamis laceris. *Cor.* o. *Nect.* turbinatum obliquum, integrum. *Stam.* 8-16.

alba 265. POPULUS foliis ſubrotundis, dentato-angulatis, ſubtus tomentoſis. *Linn. Syſt.* 2. p. 262.
Ad pagos, in ſyluis: *bey Piſide am Berge, im Holze* et alibi rarius. Martio. Aprili.

tremula 266. POPULUS foliis ſubrotundis, dentato angulatis, vtrinque glabris. *Linn. Syſt.* 4. p. 262.
In nemoroſis ſucculentis et aridis vbique. Martio.

nigra 267. POPULUS foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. *Linn. Syſt.* 4. p. 263.
Ad prata in ſyluis: *bey Malchin an der Krebsmühle, auch im Holze bey Piſide.* Martio, Aprili. *Officin:* Populi oculi (gemmae rectius.)

POLY-

E. POLYGAMIA.

ACER. L. G. 1266.

☿ *Cal.* 5-fidus. *Pet.* 5. *Stam.* 8. *Piſtil.* 1. *Capſ.* 2. rarius 3, 1-ſpermae alatae.

♂ *Cal. Cor. Stam.* hermaphroditi.

268. ACER foliis quinquelobis inaequaliter ſerratis, floribus racemoſis. *Linn. Syſt.* 4. p. 331. *campeſtre*

In ſyluaticis montoſis: *bey Piſide im Holze auf dem erſten Berge* paſſim. Majo.

269. ACER foliis quinquelobis acuminatis, acute dentatis, glabris; floribus corymboſis. *Linn. Syſt.* 4. p. 332. *Platanoides*

In ſyluaticis: *im Remplinſchen Holze am Wege nach Miſtorf* et alibi paſſim culta. Majo.

270. ACER foliis lobatis, obtuſis, emarginatis *Linn. Syſt.* 4. p. 333. *Pſeudoplatanus*

In dumetis, ſepibus: *bey Malchin auf dem Wall* et alibi frequens. Majo.

CLAS-

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA

HEXAGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

BUTOMUS. L. G. 550.

Cal. o. nisi Inuolucrum velis. *Pet.* 6: alternis maioribus. *Capſ.* 6. polyſpermae.

umbellatus 271. BUTOMUS. *Linn. Syſt.* 2. p. 233.
In foſſis et piſcinis: *in den Gräben am langen Damm bey Malchin.* Julio.

B. DIOECIA.

MERCURIALIS. L. G. 1230.

♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 9. ſ. 12.

♀ *Cal.* et *Cor.* maris. *Styl.* 2. *Capſ.* didyma bilocularis 1-ſperma.

mua 272. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris; floribus ſpicatis. *Linn. Syſt.* 4. p. 265.
In hortis: vnicum exemplar legi *im rempliniſchen Garten.* Aeſtate.
Officinis: Mercuralis Herba, Semina.

CLASSIS X.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

MONOTROPA. L. G. 583.

Cor. 0. nisi Petala exteriora calycem dicas. *Pet.* 10. opice ferrata, 5. exteriora: basi excauato-mellifera. *Capſ.* 5-valuis.

274. MONOTROPA floribus lateralibus octandris; terminali decandro. *Linn. Syſt.* 2. p. 280. *Hypopithys*

In nemoribus vmbrosis. *Im Holze bey Piſide* et alibi passim. Aestate.

PYROLA. L. G. 598.

Cal. 5-partitus, persistens. *Pet.* 5. *Anth.* sursum bicornes. *Capſ.* 5-locularis, angulis dehiscens.

275. PYROLA staminibus adscendentibus, pistillo declinato. *Linn. Syſt.* 2. p. 299. *rotundifolia*

In nemoribus vmbrosis, *in der Gilowſchen Bentz an dem Graben bey der Koppel.* Junio.

Officin. Pyrolae Herba.

minor 276. Pyrola floribus racemosis dispersis, staminibus pistillisque rectis. *Linn. Syst.* 2. p. 299.

In syluis: *bey Malchin im Hayenholze; auch bey Piside* frequens. Junio. Julio.

secunda 277. Pyrola racemo vnilaterali. *Linn. Syst.* 2. p. 300.

Iisdem locis. Junio. Julio.

vmbellata 278. Pyrola pedunculis subumbellatis. *Linn. Syst.* 2. p. 300.

In nemoribus: *bey Malchin im Hayenholze gleich vorne links am Wege nach Jessin.* Junio. Julio.

vniflora 279. Pylora scapo vnifloro. *Linn. Syst.* 2. p. 300.

In nemoribus: *In der Gelowschen Bentz bey der Koppel.* Junio. Julio.

Ledum. L. G. 591.

Cal. 5-fidus, minimus. *Cor.* 5-partita, plana. *Capsul.* 5-locularis basi dehiscens.

palustre 280. Ledum. *Linn. Syst.* 2. p. 289.

In syluaticis vliginosis: *auf dem Moor bey der Gülitzer Ziegeley* copiose. Junio. Julio.

Officin: Rosmarini sylvestris Herba.

Adromeda. L. G. 593.

Cal. 5-partitus. *Cor.* ouata: ore 5-fido. *Capsula* 5-locularis.

281. ANDROMEDA pedunculis adgregatis, corollis ouatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. *Linn. Syſt.* 2. p. 293. *polifolia*

In paludibus turfoſis: *bey Malchin in den Mooren die in der Scheide im Mühlenfelde ſind.* Majo. Junio.

DIGYNIA.

SCLERANTHUS. L. G. 611.

Cal. 5-fidus, perſiſtens. *Cor.* o. *Sem.* 1. in fundo calycis:

282. SCLERANDUS calycibus fructus patulis. *Linn. Syſt.* 2. p. 323. *annuus*

In aridis et agris vulgaris. Aeſtate.

283. SCLERANTHUS calycibus fructus clauſis. *Linn. Syſt.* 2. p. 323. *perennis*

In campis, collibus aridis frequens. Majo. Junio.

CHRYSOSPLENIUM. L. G. 607.

Cal. 4-5-fidus, coloratus, perſiſtens. *Cor.* o. *Capſul.* biroſtris 1-lacularis polyſperma.

284. CHRYSOSPLENIUM foliis alternis. *Linn. Syſt.* 2. p. 307. *alternifolium*

In nemoroſis humidis: *bey Witzerhoff in dem Euerbruch.* Aprili.

Officin: Chryſoſplenii ſ. Naſturtii petraei Herba.

SAXI-

SAXIFRAGA. L. G. 608.

Cal. 5 - partitus. *Pet.* 5. *Capſ.* biroſtris 1 - locularis polyſperma.

birculus 285. SAXIFRAGA foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. *Linn. Syſt.* p. 316.

In humidis turſoſis: *bey Malchin auf der Weide bey dem Lalaerberge.*

granulata 286. SAXIFRAGA foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *Linn. Syſt.* 2. p. 317.

In collibus graminoſis; *bey Malchin vor dem Hayenholze.* Majo.

Officin: Saxifragae, Radix, Herba, Flores.

tridactylites *Saxifraga* foliis caulinis reniformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. *Linn. Syſt.* 2. p. 319.

In montibus graminoſis: *bey Malchin auf dem Lalaerberge*; *auch am Berge vor dem Hayenholze.* Aprili. Majo.

GYPSOPHILA. L. G. 612.

Cal. 1 - phyllus, campanulatus angulatus. limbo. 5 - partito. *Pet.* 5 ouata ſubſeſſilia. *Capſul.* globoſa, 1 - locularis 5 - valvis, polyſperma.

muralis 287. GYPSOPHILA foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo petalis. crenatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 327.

In aruis frequens. Auguſto. Septembri.

DIAN-

DIANTHUS. L. G. 614.

Cal. 1-phyllus cylindricus tubulosus; basi squamosus. *Pet.* 5 vnguiculata. *Capsul.* cylindrica 1-locularis, polysperma.

* *Flores aggregati.*

288. DIANTHUS floribus subaggregatis: squamis calycinis ouatis aristatis tubum subaequantibus, foliis trineruiis. *Linn. Syst.* 2. p. 332. *carthusianorum*

In campis apricis, collibus: *bey Malchin vor dem Berge am Hayenholze.* Aestate.

Officin. Tunicae sylvestris Flores.

289. DIANTHUS floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *Linn. Syst.* 2. p. 333. *Armeria*

In nemoribus montosis. *Im Scheidegraben zwischen Malchin und Duckow.* Junio. Julio.

290. DIANTHUS floribus aggregatis capitatis: squamis calycinis ouatis obtusis muticis, tubum superantibus. *Linn. Syst.* 2. p. 333. *prolifer*

In collibus siccis rarius: *bey Malchin an dem Ufer vor dem Pfort.* Julio. Augusto.

** *Flores solitarii, plures in eodem caule.*

291. DIANTHUS floribus solitariis: squamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Linn. Syst.* 2. p. 335. *deltoideus*

In collibus, pascuis: *bey Malchin an dem Berge hinter dem Pfort.* Aestate.

superbus 292. DIANTHUS floribus paniculatis: squamis calycinis breuioribus acuminatis, corollis multifido-capillaribus, caule erecto. *Linn. Syst.* 2. p. 337.

In pratis humidis turfosis: *bey Malchin auf der Wiese bey dem Lalaerberge.* Julio. Augusto.

TRIGYNIA.

ARENARIA. L. G. 618.

Cal. 5-phyllus, patens. *Pet.* 5. integra *Capsul.* ouata 1-locularis polysperma.

erineuia 293. ARENARIA foliis ouatis, acutis petiolatis neruosis. *Linn. Syst.* 2. p. 364.

In aruis, nemorosis et syluis frequens. Majo. Junio.

serpyllifolia 294. ARENARIA foliis subouatis acutis sessilibus, corollis calyce breuioribus. *Linn. Syst.* 2. p. 361.

In aruis, cultis, glareosis: *bey Malchin auf magern Aeckern*; *auch auf der Kirchhoffsmauer vor dem Steinthor.* Majo. Junio.

rubra 295. ARENARIA foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus. *Linn. Syst.* 2. p. 362.

α. A. rubra campestris.

β. — marina.

Habi-

Habitat. α. in arenoſis campeſtribus: *auf dem Tannenkamp wo der Weg nach Lepin abgehet.* β. ad littora maris baltici: *bey Warnemünde* paſſim. Aeſtate.

296. ARENARIA foliis ouatis acutis carnoſis. *peploides*
Linn. Syſt. 2. p. 359.
Ad littora maris: *bey Warnemünde* copioſe. Aeſtate.

STELLARIA. L. G. 617.

Cal. 5-phyllus, patens. *Pet.* 5-bipartita patentia. *Capſul.* 1-locularis, polyſperma.

297. STELLARIA foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. *Linn. Syſt.* 2. p. 357. *holoſtea*
In Verſuris: *am Wege nach Remplin.* Majo.

298. STELLARIA foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 357. *graminea*
In ſepibus, dumetis, aruis, cum varietatibus, frequens. Majo. Junio.

299. STELLARIA foliis ouato-lanceolatis ſeſſilibus integerrimis craſſiuſculis glabris, pedunculis ſolitariis foliis calycinis ouato-lanceolatis, petalis multo breuioribus. Ehrharts *Hannöveriſches Magazin. 8tes Stück.* 1784. *craſſifolia*
In pratis aquoſis: *bey Malchin auf der Wieſe hinter dem Jägerhauſe.* Junio.

300. STELLARIA Murray Prodr. deſ. Stirp. Götting. p. 55. *uliginoſa*

Alsine foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis vnifloris Hall. Hist. n. 881.

In vliginosis: *im Kahldischen Holze am Graben auf dem Moor bey der Schlosstelle.* Majo et Junio.

CUCUBALUS. L. G. 615.

Cal. inflatus 5-dentatus. *Pet.* 5, vnguiculata, absque corona faucis. *Capf.* 3-locularis, polyspermа.

Behen 301. CUCUBALUS calycibus subglobosis glabris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis. *Linn. Syst.* 2. p. 340.

In pratis: *bey Malchin am Lalaerberge am Acker.* Majo. Junio.

Officin: Behen alibi Radix.

Otites 302. CUCUBALUS floribus dioicis, petalis linearibus indiuisis. *Linn. Syst.* 4. p. 343.

In syluis: *bey Pisde im Holtze am Kahldischen Wege, rechts.* Majo. Junio.

SILENE. L. G. 616.

Cal. ventricosus, 5-dentatus. *Pet.* 5. saepe bisida, fauce coronata denticulis. *Capsul.* 3-locularis, polyspermа.

nutans 303. SILENE petalis bisidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. *Linn. Syst.* 2. p. 347.

In nemorosis montosis: *bey Malchin an den jungen Tannen* et alibi frequens. Majo. Junio.

PEN-

p. 177.
Pinus picea Du Roi Harbk. 2. p. 110.
Bey Remplin et alibi infrequens. Majo.
Officin: Abietis Turiones s. Summitates, Resina.

JUNIPERUS. L. G. 1240.

♂ *Cal.* amentum: squamis 10.' 1-floris.
Cor. o. *Stam.* 3. (in flore terminali.)

♀ *Cal.* 3-partitus. *Pet.* 3. *Styl.* 3. *Bacca* infera, carnosa, 3-sperma.

469. JUNIPERUS foliis ternis patentibus mu- *communis*
cronatis, bacca longioribus. *Linn. Syst.*
4. p. 278.
In sylvaticis: *bey Malchin im Hayenholze* copiose. Aprili.
Officin: Juniperi Lignum, Baccae.

TAXUS. L. G. 1241.

♂ *Cal.* 4-phyllus gemmae. *Cor.* o. *Stam.* multa. Antherae peltatae octofidae.

♀ *Cal.* 4-phyllus gemmae. *Cor.* o. *Styl.* o. *Sem.* 1, calyculo baccato, integerrimo.

baccata 470. TAXUS foliis approximatis. *Linn. Syst.* 4. p. 279.

In nemorosis: *in der Roslocher Heide* passim Majo.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA HEXANDRIA.

FUMARIA. L. G. 920.

Cal. diphyllus. *Cor.* ringens, basi globosa nectarifera. *Filam.* 2. singula antheris 3.

471. FUMARIA caule simplici, bracteis longitudine florum. *Linn. Syst.* 3. p. 378. *bulbosa*

α. F. radice bulbosa, cava, caule simplici bifolio, bracteis ovato-lanceolatis. Hall. Helv. n. 348.

β. F. radice bulbosa solida caule simplici multifolio, bracteis digitatis, Hal. Helv. n. 349.

In dumetis et nemoribus umbrosis. α. *am Scheidegraben zwischen Malchin und Basedow.*

β. *bey der Gilowschen Mühle hinter der Brücke am Berge im Gebüsch.* Aprili.

Officin: Aristolochiae fabaceae s. cauae s. Fumariae bulbosae Radix. Variant c. flor. rubr. et albis.

472. FUMARIA pericarpiis monospermis racemosis caule diffuso. *Linn. Syst.* 3. p. 380. *officinalis*

In ſylvaticis arenoſis: *bey Witzerhof in den Tannen* copioſe. Majo. Junio.

In hortis, cultis, agris copioſe.

Officin: Fumariae Herba.

OCTANDRIA.

Polygala. L. G. 921.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2. alaeformibus coloratis. *Cor.* vexillum fere cylindricum. *Filam.* conata. *Capſul.* obcordata, bilocularis.

vulgaris 473. Polygala floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus foliis lineari-lanceolatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 383.

In paſcuis ſiccioribus, locis apricis nemorum: *bey Malchin an dem Berge hinter dem Pfort* et alibi paſſim. Majo. Junio.

Officin: Polygalae vulgaris Radix, Folia.

DECANDRIA.

a. Stamina omnia baſi connexa.

Spartium. L. G. 929.

Cal. deorſum productus, bilabiatus $\frac{2}{3}$. *Filam.* germini adhaerentia. *Stigm.* longitudinale, ſupra villoſum.

ſcoparium 474. Spartium foliis ternatis ſolitariisque, ramis inermibus angulatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 403.

Officin:

Officin: Spartii ſcaporii Herba, Flores, Semina.

GENISTA. L. G. 930.

Cal. bilabiatus $\frac{2}{3}$. *Vexillum* oblongum deorſum reflexum. *Piſtill.* deprimens carinatum. *Stigma* involutum.

* *Inermes.*

475. GENISTA foliis lanceolatis glabris, ramis ſtriatis teretibus erectis. *Linn. Syſt.* 3. p. 406. *tinctoria*

In montoſis nemoroſis et ſylvaticis ſicciori-bus: *bey Witzerhoff an den Tannen bey der Jungferngrund.* Junio. Julio.

Officin: Geniſtae Herba, Flores, Semina.

** *Spinoſae.*

476. GENISTA ſpinis compoſitis, ramis flori-feris inermibus, foliis lanceolatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 408. *germanica*

In ſylvaticis nemoroſis montoſis: *bey Malchin im Hayenholze auf dem Hirtenberge.* Junio. Julio.

ANTHYLLIS. L. G. 936.

Cal. ventricoſus, 5-dentatus. *Legum.* ſubrotundum, calyce turgido incluſum.

477. ANTHYLLIS herbacea, foliis pinnatis inaequalibus capitulo duplicato. *Linn. Syſt.* 3. p. 433. *Vulneraria*

In paſcuis ſiccis aggeribus marginibus: *auf dem Baſedowſchen Felde am Wege nach Wenſchenhayen.* Junio.

ONO-

ONONIS. L. G. 935.

Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. Vexill. ſtriatum. *Filam.* in cylindrum integrum connata. Legum rhombeum ſeſſile.

ſpinoſa 478. ONONIS floribus racemoſis, ſolitariis foliis ternatis ſolitariisque, ramis ſpinoſis. *Linn. Syſt. Edit.* 14. Murr. p. 651.

Retz Obſervat. botanic. faſcicul. 1. p. 23. n. 78. et faſcicul. 2. p. 21. n. 68.

Ad margines agrorum et paſcuis arenoſis: *bey Malchin in der Hellengrund* et alibi copioſe. Julio. Auguſto.

arvenſis 479. ONONIS floribus racemoſis geminatis, foliis ternatis: ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus ſubvilloſis, *Linn. Syſt. Edit.* 14. p. 651.

Retz Obſervat. botanic. faſcic. 1. p. 23. n. 78. et faſc. 2. p. 21. n. 67.

Iisdem locis paſſim: *bey Piſide an dem holen Wege vor dem Gehölze.* Julio. Auguſto.

In hortum meum transtuli, vbi laete floruit et ſemper mitis ac inermis.

OROBUS. L. G. 945.

Cal. baſi obtuſus, 5-dentatus $\frac{1}{3}$: denticulis 2. ſuperioribus profundioribus. *Styl.* linearis, teretiuſculus, ſupra pubeſcens.

vernus 480. OROBUS foliis pinnatis ovatis, ſtipulis ſemi ſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Linn. Syſt.* 3. p. 459.

In

In nemoribus, montosis umbrosis: *in dem Holze bey Pisidc* et alibi passim. Aprili. Majo.

481. Orobus foliis pinnatis lanceolatis, stipulis semi sagittatis integerrimis, caule simplici. *Linn. Syst.* 3. p. 460. *tuberosus*

Iisdem locis. Majo. Junio.

Lathyrus. L. G. 946.

Calyc. lacinae 2 superiores breviores. *Styl.* planus, superne latior. *Stigma* a. medietate *Styli* ad apicem usque villosum.

482. Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis ovalibus, internodiis nudis. *Linn. Syst.* 3. p. 467. *pratensis*

In pratis, inter segetes copiose. Junio.

483. Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. *Linn. Syst.* 3. p. 467. *sylvestris*

Vicia. L. G. 947.

Stigma obtusum, sub apice transuerse barbatum.

* *Pedunculis elongatis.*

484. Vicia pedunculis multifloris, foliolis reflexis ouatis mucronatis, stipulis subdentatis. *Linn. Syst.* 3. p. 471. *dumetorum*

In nemoribus montosis: *bey Malchin auf dem Wall.* Junio. Julio.

485.

Cracca 485. VICIA pedunculis multifloris: floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. *Linn. Syst.* 3. p. 471.

In sepibus, dumetis, inter segetes, copiosissime, Junio. Julio.

** *Floribus axillaribus subsessilibus.*

sativa 486. VICIA leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliolis retusis, stipulis notatis. *Linn. Syst.* 3. p. 472.

In agris. inter segetes frequens. Junio. Julio.

sepium 487. VICIA leguminibus pedicellatis, subquaternis erectis, foliolis ouatis integerrimis, exterioribus decrescentibus. *Linn. Syst.* 3. p. 474.

In memoribus, pratis, sepibus, dumetis copiose. Majo. Junio.

c. *Legumen subbiloculare (nec priorum notae.)*

ASTRAGALUS. L. G. 965.

Legum. rotundatum, gibbum, biloculare.

Cicer 488. ASTRAGALUS caulescens prostratus, leguminibus subglobosis inflatis mucronatis pilosis. *Linn. Syst.* 3. p. 529.

In agris: *bey Malchin vor dem Wargentinschen Thore auf dem Acker rechter Hand.* Junio. Julio.

489.

489. ASTRAGALUS caulescens prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliis pedunculo longioribus: foliolis ovalibus. *Linn. Syst.* 3. p. 529. *glyciphyllos*

In nemoribus: *bey Malchin am Jägeracker* et alibi passim. Junio.

d. Legumina subnonospermia (nec priorum notae.)

TRIFOLIUM. L.G. 968.

Flores subcapitati. *Legum.* vix calyce longius non dehiscens. deciduum. 1 - 4 spermum.

* *Melitoti, leguminibus nudis polyspermis.*

490. TRIFOLIUM leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis, ovatis, caule erecto. *Linn. Syst.* 2. p. 547. *M. officinalis*

α. T. odoratum, sive melilotus vulgaris, flore luteo Bauh. Histor. 2. p. 370.

β. Melilotus officinarum germaniae, flore albo Turn. inst. 407.

α. In campestribus: *bey Malchin am Acker vor dem Steinthor* ad oppidum Kahlden copiosissime. β. *Bey Malchin im Mühlenfelde bey der faulen Brücke* sparsim. Junio. Julio.

Offic.: Meliloti, Herba, Flores.

** *Lo-*

** *Lotoidea, leguminibus rectis, polyſpermis.*

hybridum 491. TRIFOLIUM capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente. *Linn. Syſt.* 3. p. 549.

In pratis ſubhumidis: *bey Malchin auf den Wieſen hinter den Peengärten* et alibi paſſim. Junio. Julio.

repens 492. TRIFOLIUM capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis caule repente. *Linn. Syſt.* 3. p. 549.

In pratis, paſcuis, aggeribus copioſiſſime. Majo. Junio.

Officin: Trifolii albi Flores.

*** *Lagopoda, calycibus villoſis.*

pratenſe 493. TRIFOLIUM ſpicis globoſis ſubvilloſis cinctis, ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. *Linn. Syſt.* 3. p. 552.

In pratis pinguioribus, pomariis ubique Aeſtate.

alpeſtre 494. TRIFOLIUM ſpicis ſubglobroſis villoſis terminalibus, caule erecto foliis lanceolatis ſerrulatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 553.

In locis montoſis ſylvaticis: *bey Witzerhoff am Rande der jungen Tannen.* Junio. Julio.

arvenſe 495. TRIFOLIUM ſpicis villoſis, oualibus, dentibus calycinis ſetaceis villoſis aequalibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 555.

In aruis, agris, campis ſiccis copioſe. Aeſtate.

**** *Lu-*

**** *Lupulina, vexillis corollae inflexis.*

496. TRIFOLIVM ſpicis ſubimbricatis, ſubtri- *montanum*
bus, vexillis ſubulatis emarceſcentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Linn. Syſt.* 3. p. 560.

In nemoroſis ſiccis: *am Scheidegraben auf der Seite nach Baſedow.* Junio. Julio.

497. TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis; *agrarium*
vexillis deflexis perſiſtentibus, caule erecto. *Linn. Syſt.* 3. p. 560.

Inter ſegetes, in agris cultis, aruis frequens. Aeſtate.

498. TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis, *procumbens*
vexillis deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 561,

In campeſtribus gramineis frequens. Majo. Junio.

e. *Legumina ſubarticulata.*

ORNITHOPUS. L. G. 957.

Legum. articulatum, teres, arcuatum.

499. ORNITHOPUS foliis pinnatis, legumini- *perpuſillus*
bus incurvatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 494.

In arenoſis, aruis, agris, cultis paſſim. Aeſtate.

MEDICAGO. L. G. 958.

Piſtill. incuruatum e carina elaſtice exſiliens eamdemque deflectens. *Legum.* compreſſum arcuatum vel ſpirale.

falcata 500. MEDICAGO pedunculis racemosis, leguminibus lanatis, caule prostrato. *Linn. Syst.* 3. p. 574.

In apricis, agris, sepibus, ad vias praesertim: *am Wege auf dem rempliniſchen Felde.* Aestate.

lupulina 501. MEDICAGO spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caulibus procumbentibus. *Linn. Syst.* 3. p. 575.

In siccioribus pratis, pascuis, agris ubique. Aestate.

f. Legumina unilocularia polyspermа. (nec priorum notae.)

ERVUM. L. G. 948.

Cal. 5-partitus, longitudine fere corollae, laciniis subaequalibus.

hirsutum 502. ERVUM pedunculis multifloris, seminibus globosis binis. *Linn. Syst.* 3. p. 477.

In agris, inter segetes, pratis, cultis fere ubique. Aestate

GALEGA. L. G. 963.

Cal. dentibus subulatis, subaequalibus. *Legumen* striis obliquis, seminibus interiectis.

officinalis 503. GALEGA leguminibus strictis erectis, foliolis lanceolatis striatis nudis. *Linn. Syst.* 3. p. 521.

Auf dem Wall bey Malchin: an indigena?

LOTUS.

LOTUS. L. G. 969.

Cal. tubulosus; alae sursum longitudinaliter conniventes. *Legum.* teres, strictum, sarctum, *Sem.* cylindrica.

504. LOTUS capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis; patentibus. *Linn. Syst.* 3. p. 568. *corniculatus*

In versuris, pascuis, pratis, ad vias ubique. Aestate.

Officin: Loti sylvestris Herba, Flores.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA

POLYANDRIA.

HYPERICUM. L. G. 981.

Cal. 5-partitus, inferus. *Pet.* 5. *Filam.* in 3-5. phalanges basi coalita, *Capſ.* loculis numero ſtylorum.

quadrangulare

505. HYPERICUM floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. *Linn. Syſt.* 3. p 595.

In pratis humidis, iuxta rivulos: *bey Malchin am Mönchbruch* et alibi frequens. Julio.

perforatum

506. HYPERICUM floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 595.

In ſepibus, dumetis, verſuris, pratis ubique Aeſtate.

Officin: Hyperici Herba, Flores.

humifuſum

507. HYPERICUM floribus trigynis, axillaribus, ſolitariis; caulibus ancipitibus proſtratis, filiformibus; foliis glabris. *Linn. Syſt.* 3. p. 596.

In arenoſis humidis umbroſis: *bey Piſide am Mühlenbruch; bey Malchin im Hayenholze am*

am jeſſinſchen Wege vor der Jungfern-grund. Aeſtate.

598. HYPERICYM floribus trigynis, calycibus ferrato-glandulosis, caule tereti erecto: foliis ovatis glabris. *Linn. Syſt.* 3. p. 597. *montanum*

In nemoribus montosis: *bey Malchin hinter dem Jägerhauſe* et alibi paſſim. Julio.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA POLYGAMIA

A. FLORE HERMAPHRODITO.

AEQVALIS.

a. Semifloſculoſi, corollis omnibus ligulatis.

CICHORIUM. L. G. 1000.

Cal. calyculatus. *Recept.* ſubpaleaceum. *Pappus* ſub 5-dentatus, obſolete piloſus.

Intibus 509. CICHORIUM floribus geminis ſeſſilibus, foliis runcinatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 665.

In campeſtribus, ad vias, in verſuris, ad ſepes vbique. Julio. Auguſto.

Officin: Cichorii (Sylveſtris) Radix, Herba, Flores.

HYPOCHAERIS. L. G. 997.

Cal. ſubimbricatus: baſi ventricoſus. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ſtipitatus, plumoſus.

maculata 510. HYPOCHAERIS caule ſubnudo: ramo ſolitario, foliis ovato-oblongis, integris dentatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 661.

In

In pratis montosis nemorosis: *bey Malchin am Lalaerberge* et alibi passim. Junio. Julio.

Officin: Herba costae. s. Costi nostratis Herba, Flores.

511. HYPOCHAERIS foliis runcinatis obtusis scabris, caule ramoso nudo laevi, pedunculis squamosis. *Linn. Syst.* 3. p. 662. *radicata*

In versuris, pascuis, *am Wege nach Jessin bey dem Schneider-Kamp*, et alibi passim. Aestate.

Officin: Herbae Costae vulgaris Herba, Flores.

TRAGOPOGON. L. G. 984.

Cal. simplex: laciniis basi coalitis. *Recept.* nudum. *Pappus* stipitatus plumosus.

512. TRAGOPOGON calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris, strictis. *Linn. Syst.* 3. p. 611. *pratense*

In pratis, aggeribus: *auch auf dem Wall bey Malchin* frequens.

Officin: Barbae hirci Radix, Herba.

513. TRAGOPOGON calycibus corollae radio longioribus, foliis integris strictis, pedunculis superne incrassatis. *Linn. Syst.* 3. p. 612. *porrifolium*

Am Wall bey Malchin et alibi rarius. Junio.

PICRIS. L. G. 986.

Cal. calyculatus. *Recept.* nudum. *Sem.* transverſim ſulcata. *Papp.* plumoſus.

hieracioides 514. PICRIS perianthiis laxis; foliis integris, pedunculis ſquamatis in calycem. *Linn. Syſt.* 3. p. 619.

In verſuris: *bey Malchin am Ufer vor dem Pfort.* Julio. Auguſto.

LEONTODON. L. G. 991.

Cal. imbricatus: ſquamis laxis. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus.

Taraxacum 515. LEONTODON calyce inferne reflexo, foliis runcinatis, denticulatis, laevibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 631.

In paſcuis, pomariis, pratis, verſuris, hortis ubique ab Aprili in Auguſtum.

Officin: Taraxaci Radix, Herba.

autumnale 516. LEONTODON caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris. *Linn. Syſt.* 3. p. 633.

In paſcuis, pratis, verſuris vbique. Julio. Auguſto.

hiſpidum 517. LEONTODON calyce, toto erecto hiſpido, foliis dentatis integerrimis hiſpidis: pilis furcatis. *Linn. Syſt.* 2. p. 634.

In nemoribus, verſuris et collibus: *bey Piſide vorne im Holze*, paſſim. Junio. Julio.

SCOR-

SCORZONERA. L. G. 985.

Cal. imbricatus: ſquamis margine ſcarioſis. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus.

518. SCORZONERA caule ſubnudo uniflore, foliis lato-lanceolatis nervoſis planis. *Linn. Syſt.* 3. p. 615. *humilis*

In pratis ſylvaticis: *am grammentinſchen Holze*, rarius. Junio. Julio.

Officin: Scorzonerae Radix Herba, Semina.

CREPIS. L. G. 993.

Cal. calyculatus: ſquamis difformibus deciduis. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

519. CREPIS foliis lanceolato-runcinatis ſeſſilibus laevibus; inferioribus dentatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 652. *tectorum*

In agris inter ſegetes, ad margines agrorum, paſſim. Aeſtate.

520. CREPIS foliis runcinato-pinnatifidis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 653. *biennis*

In pomariis, pratis, ad ſepes copioſe. Aeſtate.

CHONDRILLA. L. G. 989.

Cal. calyculatus, multiflorus. *Recept.* nudum. *Sem.* muricata. *Papp.* ſtipitatus piloſus.

521. CHONDRILLA foliis radicalibus runcinatis; caulinis linearibus integerrimis. *Linn. Syſt.* 3. p. 627. *juncea*

In agris, arvis: *auf dem gilowſchen Felde hinter der Mühle.* Julio.

PRENANTHES. L. G. 990.

Cal. calyculatus, floſculi ſimplici ſerie. *Recept.* nudum. *Pappus* ſubſtipitatus, piloſus.

muralis 522. PRENANTHES floſculis quinis, foliis runcinatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 630.

In nemoribus umbroſis copioſe. Julio. Auguſto.

Officin: Chondrillae veterum Herba.

LACTUCA. L. G. 988.

Cal. cylindricus, imbricatus; ſquamis margine membranaceis. *Recept.* nudum. *Sem.* laevia. *Papp.* ſtipitatus, piloſus.

Scariola 523. LACTUCA foliis verticalibus carina aculeatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 625.

In ruderatis, aggeribus, ad ſepes: *bey Malchin vor den Mühlen an den Zäunen links des Schlagbaums.* Julio. Auguſto.

HIERACIUM. L. G. 992.

Cal. imbricatus, ovatus, *Recept.* nudum. *Papp.* ſeſſilis piloſus.

* *Scapo nudo unifloro.*

Piloſella 524. HIERACIUM foliis integerrimis ovatis, ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus ſcapo unifloro. *Linn. Syſt.* 3. p. 638.

In

In aridis ſiccis campeſtribus, collibus, apricis, copioſiſſime. Majo. Junio.

Officin: Auriculae muris ſ. Piloſellae Herba, Flores.

** *Scapo nudo multifloro.*

525. HIERACIUM foliis integris ovato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. *Linn. Syſt.* 3. p. 638. *dubium*

In nemoribus: *bey Malchin am Hayenholze.* Junio. Julio.

526. HIERACIUM foliis integerrimis lanceolatis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. *Linn. Syſt.* 3. p. 638. *Auricula*

In arvis, paſcuis: *hinter der Gülitzer Ziegeley.* Junio. Julio.

*** *Caule folioſo.*

527. HIERACIUM caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis, caulino minore. *Linn. Syſt.* 3. p. 642. *murorum*

In ſylvaticis et nemoribus et alibi copioſe. Julio. Auguſto.

Officin: Pulmonariae gallicae Herba.

528. HIERACIUM caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hiſpidis. *Linn. Syſt.* 3. p. 643. *paludoſum*

In pratis paludoſis: *auf der Remplinſchen Wieſe bey der Torffſcheune* rarius. Junio.

529.

ſabaudum 529. HIERACIUM caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis ſemiamplexicaulibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 647.

In ſylvaticis et nemoribus: *in dem kahldiſchen Holze* et alibi paſſim. Julio. Auguſto.

umbellatum 530. HIERACIUM foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 647.

In nemoribus, paſcuis: *bey Remplin in der Plantage* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

SONCHUS. L. G. 987.

Cal. imbricatus, ventricoſus. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

arvenſis 531. SONCHUS pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis, baſi cordatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 621.

In agris inter ſegetes frequens. Aeſtate.

oleraceus 532. SONCHUS pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. *Linn. Syſt.* 3. p. 621.

α. S. oleraceus laevis ibid.

β. S. oleraceus aſper. L. loc. cit.

In cultis, oleraceis, ad ſepes vbique. Aeſtate.

Officin: α. Sonchi laevis. β. Sonchi aſperi Herba.

LAPSANA. L. G. 998.

Cal. calyculatus, angulatus: ſquamis interioribus canaliculatis. *Recept.* nudum.

533.

533. LAPSANA calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramosissimis. *Linn. Syst.* 3. p. 663. *communis*

In hortis, cultis copiosissime. Aestate.

HYOSERIS. L. G. 995.

Cal. subaequalis. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus calyculatusque.

534. HYOSERIS caule divisо nudo, pedunculis incrassatis. *Linn. Syst* 3. p. 658. *minima*

In agris arenosis arvis inter segetes: *bey Jessin auf dem Acker.* Julio. Augusto.

b. Capitati.

CARLINA. L. G. 1008.

Cal. imbricatus, radiatus squamis interioribus longis, nitidis, coloratis.

535. CARLINA caule multifloro corymbosо, floribus terminalibus, calycibus radio albo. *Linn. Syst.* 3. p. 693. *vulgaris*

In montosis asperis: *auf den goschendorffer Bergen am Priesterholze.* Julio. Augusto.

Officin. Heracanthae Radix.

CNICUS. L. G. 1005.

Cal. ovatus, obuallatus bracteis, imbricatus: squamis ramoso-spinosis. Corollulae aequales.

536. CNICUS foliis pinnatifidis carinatis nudis. bracteis concavis integris subcoloratis. *Linn. Syst.* 3. p. 687. *oleraceus*

In

In pratis humentibus: *bey Malchin auf den Wiesen hinter den Peengärten* copioſe. Julio. Auguſto.

ARCTIUM. L. G. 1002.

Cal. globoſus: ſquamis apice inflexo-humidis.

Lappa 537. ARCTIUM foliis cordatis inermibus petiolatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 667.

In ruderatis; ad vias ubique. Julio. Auguſto.

Officin: Bardonae Radix.

CARDUUS. L. G. 1004.

* *Foliis decurrentibus.*

Cal. ventricoſus: ſquamis ſpinoſis. *Recept.* piloſum. *Papp.* ſeſſilis.

lanceolatus 538. CARDUUS foliis decurrentibus pinnatifidis: laciniis divaricatis, calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. *Linn. Syſt.* 3. p. 674.

In ruderatis, paſcuis, aggeribus, vulgaris. Julio. Auguſto.

nutans 539. CARDUUS foliis ſemidecurrentibus ſpinoſis, floribus cernuis: ſquamis calycinis ſuperne patentibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 675.

Ad vias, pagos copioſe. Julio. Auguſto.

criſpus 540. CARDUUS foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, floribus adgregatis terminalibus, ſquamis calycinis inermibus ſubariſtatis patulis. *Linn. Syſt.* 3. p. 676.

In

In agris cultis ad ſepes frequens. Julio. Auguſto.

** *Foliis ſeſſilibus.*

541. CARDUUS foliis amplexicaulibus haſtato-pinatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis; duplicato-ſpinoſis. *Linn. Syſt.* 3. p. 682. *marianus*

In cultis, ruderatis, ad ſepes: *bey Malchin an Gärten vor dem Steinthor.* Julio. Auguſto.

Officin: Cardui Mariae, Herba, Semina.

542. CARDUUS calyce glabro. *Linn. Syſt.* 3. p. 686. *acaulis*

In collibus apricis: *bey Remplin auf dem Berge an der Promenade.* Julio. Auguſto.

ONOPORDON. L. G. 1006.

Cal. ventricoſus, imbriacatus, ſquamis ſpinoſis. *Recept.* nudum, favoſum. *Papp.* capillaris.

543. ONOPORDUM calycibus ſquarroſis: ſquamis patentibus; foliis ovato-oblongis ſinuatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 690. *Acanthium*

In ruderatis, aggeribus, ad vias paſſim. Julio. Auguſto.

Officin: Acanthii vulgaris Herba, Semina.

SERRATULA. L. G. 1003.

Cal. ſubcylindricus imbricatus: ſquamis acutiuſculis, muticis.

tinctoria 544. SERRATULA foliis lyrato-pinnatifidis pinna terminali maxima. *Linn. Syst.* 3. p. 668.
In pratis sylvaticis: *an der Scheide bey dem goschendorffer Priesterholze.* Julio. Augusto.

arvensis 445. SERRATULA foliis spinosis. *Linn. Syst.* 3. p. 673.
In agris, arvis, inter segetes ubique. Julio, Augusto.

c. *Discoidei.*

EUPATORIUM. L. G. 1015.

Cal. oblongus, imbricatus. *Styl.* longissimus, ad stamina usque bifidus. *Recept.* nudum. *Papp.* sessilis.

canabinum 546. EUPATORIUM foliis digitatis. *Linn. Syst.* 3. p. 717.
Ad ripas fossarum rivulorum piscinarum: *bey Malchin an dem Mühlenbruch bey dem Strauchwerder* et alibi frequens, Julio. Augusto.
Officin: Eupatorii (Mesues) Herba.

BIDENS. L. G. 1012.

Cal. imbricatus. *Cor.* radius flosculo uno alterove radiante instruitur. *Recept.* paleaceum. *Papp.* aristis rectis, scabris.

tripartita 547. BIDENS foliis trifidis, calycibus subfoliosis feminibus erectis. *Linn. Syst.* 3. p. 703.

In

In inundatis, ad foſſas ubique. Julio. Auguſto.

548. BIDENS foliis lanceolatis ſeſſilibus, floribus ſeminibusque erectis. *Linn. Syſt.* 3. p. 703. *minima*

In locis humidis turfoſis: *bey Malchin auf dem neuen Rücken* frequens.. Julio. Auguſto.

Certe varietas ſequentis.

549. BIDENS foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, ſeminibus erectis. *Linn. Syſt.* 3. p. 704. *cernua*

Iisdem locis cum praecedentibus frequens. Julio. Auguſto.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

a. Diſcoidei.

ARTEMISIA. L. G. 1025.

Cal. imbricatus: ſquamis rotundatis conniventibus. *Cor.* radii nullae. *Recept.* nudum, vel ſubvilloſum. *Papp.* nullus.

* *Procumbentes ante floreſcentiam.*

550. ARTEMISIA foliis multifidis linearibus caulibus procumbentibus virgatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 740. *campeſtris*

In campeſtribus apricis: *am Wege nach Remplin* et alibi frequens. Auguſto. Septembri.

** *Erectae, herbaceae, foliis compositis.*

Absynthium 551. ARTEMISIA foliis compositis multifidis floribus receptaculo villosis. *Linn. Syst.* 3. p. 743.

In ruderatis ad pagos ubique, Julio. Augusto.

Officin: Absynthii vulgaris Herba.

vulgaris 552. ARTEMISIA foliis pinnatifidis planis incisis subtus tomentosis, racemis simplicibus recurvatis, florum radio qninquefloro. *Linn. Syst* 3. p. 744.

In versuris, ruderatis, ad vias, sepes copiose. Julio. Augusto.

Officin: Artemisiae Herba.

TANACETUM. L. G. 1024.

Cal. imbricatus, hemisphaericus: squamis acutis. *Cor.* radii obsolete trifidae. *Recept.* convexum nudum. *Papp.* submarginatus.

vulgare 553. TANACETUM foliis bipinnatis incisis serratis. *Linn. Syst.* 3. p. 736.

In aggeribus, versuris, dumetis, nemorosis copiose. Julio. Augusto.

Officiin: Tanaceti Herba, Flores, Semina.

GNAPHALIUM, L. G. 1026.

Cal. imbricatus: squamis marginalibus rotundatis, concauis, scariosis, coloratis. *Recept.* nudum.

* *Chry-*

* *Chryſocomum.*

554. GNAPHALIUM herbaceum, foliis lanceo- *arenarium*
latis inferioribus obtuſis, corymbo com-
poſito, caule ſimpliciſſimo. *Linn. Syſt.* 3.
p. 754.

In campeſtribus arenoſis collibus, ad vias frequens. Junio. Julio.

Officin: Stoechadis citrinae Flores.

** *Argyrocomum.*

555. GNAPHALIUM ſarmentis procumbenti- *dioicum*
bus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſim-
plici terminali floribus dioicis. *Linn.*
Syſt. 3. p. 759.

In collibus apricis copioſe. Majo. Junio.

Officin: Gnaphalii Flores.

*** *Filaginoidea.*

556. GNAPHALIUM caule herbaceo ſimplicif- *ſylvaticum*
ſimo, floribus ſparſis. *Linn. Syſt.* 3.
p. 766.

In ſylvaticis: *bey Malchin im Heyenholze* et alibi frequens. Julio, Auguſto.

557. GNAPHALIUM caule ramoſo diffuſo, flo- *uliginoſum*
ribus confertis terminalibus. *Linn. Syſt.* 3.
p. 761.

In inundatis copioſe. Julio. Auguſto.

b. Radiati.

Bellis. L. G. 1042.

Cal. hemisphaericus; foliolis aequalibus. *Recept.* conicum nudum. *Sem.* obovata. *Papp.* nullus.

perennis 558. Bellis scapo nudo. *Linn. Syst.* 3. p. 838.

In pascuis, pratis, ad vias ubique. Martio. Aprili. et toto fere anno.

Officin: Bellidis minoris Herba.

Matricaria. L. G. 1049.

Cal. hemisphaericus, imbricatus squamis linearibus, subaequalibus. *Recept.* convexum nudum. *Papp.* nullus.

Parthenium 559. Matricaria foliis compositis planis; foliolis ovatis incisis, pedunculis ramosis. *Linn. Syst.* 3. p. 852.

In ruderatis cultis, ad sepes: *bey Malchin vor dem Steinthor an den Gärten.* Julio.

Officin: Matricariae Herba, Flores.

maritima 560. Matricaria receptaculis hemisphaericis, foliis bipinnatis, subcarnosis, supra covexis, subtus earinatis. *Linn. Syst.* 3. p. 852.

Ad littora maris baltici: *bey Warnemünde.* Augusto. Septembri.

Chamomilla 561. Matricaria receptaculis conicis, radiis patentibus, seminibus nudis, squamis calycinis

cinis margine aequalibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 853.

In agris ſecalinis, cultis, ruderatis copioſe. Junio. Julio.

Officin: Chamomillae noſtratis Herba, Flores.

CHRYSANTHEMUM. L. G. 1048.

Cal. hemiſphaericus, imbricatus: ſquamis margine ſcarioſis; intimis in membranam pellucidam terminatis. *Recept.* convexum nudum. *Papp.* nullus.

* *Leucanthema, radio albo.*

562. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus oblongis ſuperne ſerratis; inferne dentatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 845. *leucanthemum*

In verſuris. pratis, ad vias; inter ſegetes paſſim. Junio. Julio.

Officin: Bellidis maioris Herba, Flores.

563. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatis multifidis caule, ramoſo diffuſo. *Linn. Syſt.* 3. p. 847. *inodorum*

In cultis, ruderatis, agris frequens. Julio. Auguſto.

** *Chryſanthemum radio luteo.*

564. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus; ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis. *Linn. Syſt.* 3. p. 849. *ſegetum*

In agris, intrr ſegetes ad oppidum Kahlden paſſim; in tractu Roſtochienſi copioſe. Julio. Auguſto.

ARNICA. L. G. 1038.

Cal. imbricatus, radio multo brevior. *Stam.* radii caſtrata. *Recept.* nudum. *Papp.* etiam radii piloſus.

montana 565. ARNICA foliis ovatis integris; caulinis geminis oppoſitis. *Linn. Syſt.* 3. p. 833.

In collibus apricis: *bey Cummerow* ubi ruſtici pro uſu officinali colligunt, paſſim. Junio. Julio.

Officin: Arnicae Radix. Herba, Flores.

INULA. L. G. 1037.

Antherae baſi in ſetas 2 deſinentes. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus,

Helenium 566. INULA foliis amplexicaulibus, ovatis, rugoſis, ſubtus tomentoſis; calycum ſquamis ovatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 823.

Loco humido: *hinter Goſchendorff am Graben* (rarius.) Auguſto.

Officin: Helenii Radix.

dyſenterica 567. INULA foliis amplexicaulibus cordato-oblongis ſubtomentoſis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Linn. Syſt.* 3. p. 825.

In ſubhumidis exſiccatis: *bey Malchin vor dem Kahldiſchen Thore* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

Officin:

Officin: Arnicae ſuedenſis Herba, Flores.

568. JNULA foliis amplexicaulibus undulatis, caule proſtrato, floribus ſubgloboſis; radio breviſſimo. *Linn. Syſt.* 3. p. 826. *pulicaris*

In inundatis copioſe, Julio. Auguſto.

ERIGERON. L. G. 1031.

Cal. oblongus cylindricus: ſquamis erectis *Cor.* radii lineares anguſtiſſimae. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

569. ERIGERON caule floribusque paniculatis hirtis, foliis lanceolatis ciliatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 779. *canadenſe*

In ruderatis, hortis, muris, nemoribus vulgatiſſimum Aeſtate.

570. ERIGERON pedunculis alternis unifloris. *Linn. Syſt.* 3. p. 781. *acre*

In apricis ſiccis: *am Hayenholze bey Malchin* et alibi paſſim. Julio. Auguſto.

Officin: Conizae minoris Herba.

SOLIDAGO. L. G. 1035.

Cal. imbricatus, connivens. *Cor.* radii. 10. pauciores remoti. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

571. SOLIDAGO caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *Linn. Syſt.* 3. p. 817. *Virga aurea*

In nemoribus montoſis vbique. Auguſto.

Officin: Virgae aureae. ſ. Conſolidae ſarracenicae Herba, Flores.

CINERARIA. L. G. 1036.

Cal. simplex, polyphyllus, aequalis. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

palustris 572. CINERARIA floribus corymbosis, foliis lanceolatis dentato-sinuatis, caule villoso. *Linn. Syst.* 3. p. 820.

Ad fossas, in pratis humidis: *am Damm bey Levetzow bey Malchin* et albi copiose. Majo. Junio.

SENECIO. L. G. 1033.

Cal. calyculatus, cylindricus: squamis apice sphacelatis. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

* *Floribus flosculosis.*

vulgaris 573. SENECIO, corollis nudis, foliis pinnato-sinuatis amplexicaulibus, floribus sparsis. *Linn. Syst.* 3. p. 789.

In hortis, ruderatis, ad muros, sepes copiosissime; primo vere ad hyemem usque.

Officin: Senecionis Herba.

** *Floribus radiatis: radio revoluto.*

viscosus 574. SENECIO corollis revolutis, foliis pinnatifidis viscidis: squamis calycinis laxis, longitudine perianthii. *Linn. Syst.* 3. p. 791.

In ruderatis cultis: *bey Malchin an den Gärten, an dem Steinthor.* Julio. Augusto.

575.

575. SENECIO corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboso erecto. *Linn. Syst.* 3. p. 792. *Sylvaticus*

In nemoribus humidis. *Im Hayenholze an dem Teich bey der grosen Sandgrube.* Julio. Augusto.

*** *Floribus radiatis; radio patente.*

576. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis; laciniis lacinulatis: caule erecto. *Linn. Syst.* 3. p. 796. *Jacobaea*

In pascuis, ad versuras, sepes vbique. Julio. Augusto.

Officin: Jacobeae Herba Flores.

TUSSILAGO. L. G. 1032.

Calyc. squamae aequales, discum aequantes, submembranaceae. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

577. TUSSILAGO scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis angulatis denticulatis. *Linn. Syst.* 3. p. 786. *Farfara*

In agris argillosis vbique. Martio. Aprili.

Officin: Tussilaginis. s. Farfarae Radix, Herba, Flores.

578. TUSSILAGO thyrso ovato, floseulis femineis nudis paucis. *Linn. Syst.* 3. p. 787. *Petasites*

In pratis humidis: *bey Malchin auf der Kämmerey Wiese* et alibi frequens. Aprili.

Officin: Petasitidis Radix, Flores.

ASTER. L. G. 1034.

Cal. imbricatus: squamis interioribus patulis. *Cor.* radii 10. plures. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

Tripolium 579. ASTER foliis lanceolatis integerrimis carnosis glabris, ramis inaequatis, floribus corymbosis. *Linn. Syst.* 3. p. 805.

Ad littora maris baltici praesertim: *bey Warnemünde* copiose. Julio. Augusto.

ANTHEMIS. L. G. 1052.

Cal. hemisphaericus: squamis subaequalibus *Cor.* Radii 5. plures. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.

* *Radio discolore, seu albo.*

Cotula 580. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis setaceis, seminibus nudis. *Linn. Syst.* 3. p. 863.

In ruderatis sparsim. Junio. Julio.

Officin: Cotulae f. Chamomillae foetidae Herba, Flores.

** *Radio concolare s. luteo.*

tinctoria 581. ANTHEMIS foliis bipinnatis serratis, subtus tomentosis caule corymboso. *Linn. Syst.* 3. p. 865.

In siccis, apricis, muris: *bey Malchin an der Stadtmauer*. et alibi passim. Julio. Augusto.

ACHIL-

ACHILLEA. L. G. 1053.

Cal. ovatus, imbricatus. *Cor.* radii 5-10. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.

Ptarmica 582. ACHILLEA foliis lanceolatis acuminatis, argute ſerratis. *Linn. Syſt.* 3. p. 869.

In agris, pratis: *bey der roſtocher Fehre* paſſim. Junio. Julio.

Officin: Ptarmicae Radix, Herba, Flores.

Millefolium 583. ACHILLEA foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 871.

α. Millefolium vulgare album. Bauhin Pin. 140.

β. M. purpureum, Tab. hiſtor. 374.

In pratis, paſcuis, verſuris vbique. *β.* rarius.

Officin: Millefolii Herba, Flores.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

CENTAUREA. L. G. 1066.

Cal. radii longiores, infundibuliformes irregulares. *Recept.* ſetoſum. *Papp.* piloſus.

* *Cyani, calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis.*

Cyanus 584. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 901.

Inter ſegetes vbique. Junio. Julio.

Officin: Cyani Flores.

paniculata 585. CENTAUREA calycibus ciliatis: ſquamis planis, foliis bipinnatifidis; rameis pinnati-

natifidis linearibus, caule paniculato. *Linn. Syſt.* 3. p. 901.

In aridis apricis, ad vias: *an dem Wege nach Dempzin bey der Rentz.* Junio. Julio.

Scabioſa 586. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 904.

In agris, ad verſuras, inter ſegetes vbique. Junio. Julio.

** *Rhapontica: calycinis ſquamis aridis ſcarioſis.*

Jacea 587. CENTAUREA calycibus ſcarioſis laceris, foliis lanceolatis; radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 906.

In pratis nemoroſis ad aggeres vbique. Julio. Auguſto.

COREOPSIS. L. G. 1062.

Recept. paleaceum. *Pappus* bicornis. *Cal.* erectus, polyphyllus, baſi radiis patentibus cinctus.

Bidens 588. COREOPSIS foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 891.

In foſſis, locis inundatis: *bey Maichin am Mönchbruch* et alibi frequens. Julio. Auguſto.

POLY-

POLYGAMIA NECESSARIA.

Filago. L. G. 1079.

Recept. nudum, *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus. Floſculi inter ſquamas calycis locati.

589. Filago panicula dichotoma, floribus rotundatis, axillaribus hirſutis, foliis acutis. *Linn. Syſt.* 3. p. 939. *germanica*

In arvis, cultis: *bey Malchin in den Peengärten* et alibi paſſim. Aeſtate.

Calendula. L. G. 1073.

Cal. ſimplex polyphyllus; ſegmentis ſubaequalibus. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.

590. Calendula ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus — *Linn. Syſt.* 3. p. 924. *officinalis*

In cultis, reiectaneis hortorum, ad ſepes paſſim. Aeſtate.

Officin: Culendulae Herba, Flores, Semina.

MONOGAMIA.

Jasione. L. G. 1090.

Cal. communis polyphyllus; proprius 5-fidus, ſuperus perſiſtens. *Cor.* 5-petalae regulares. *Capſ.* biloculares, polyſpermae.

591. Jasione. *Linn. Syſt.* 3. p. 953. *montana*

In montibus ſiccis aridis: *am Berge hinter dem Pfort bey Malchin.* Aeſtate.

Viola.

VIOLA. L. G. 1092.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petula, irregularis, poſtice cornuta. *Capſul.* ſupera 3-valvis 1-locularis.

* *Acaulis.*

odorata 592. VIOLA acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 964.
In nemoribus, pomariis, ad ſepes vbique Martio. Aprili.
Officin: Violariae ſ. Violae Flores.

** *cauleſcens.*

Canina 593. VIOLA caule adultiore adſcendente, foliis oblongo-cordatis. *Linn. Syſt.* 3. p. 964.
In paſcuis ſylvaticis ad ſepes vbique. Aprili. Majo.

** *Stipulis pinnatifidis, ſtigmate urceolato.*

tricolo 594. VIOLA caule triquetro diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis pinnatifidis. *Linn. Syſt.* 3. p. 967.
α. V. caule diffuſo ramoſo, foliis ovatis dentatis flore (corolla) calyce paulo maiori. Hall. helvet. 569.
β. V. caule anguloſo diffuſo, foliis ovatis dentatis flore (corolla) calylice duplo longiori. l. c. 568.
α. In cultis, agris, ad ſepes frequens.
β. In hortis paſſim. Aprili. et tota Aeſtate.

IMPA-

IMPATIENS. L. G. 1093.

Cal. diphyllus. *Cor.* 5-petala irregularis-nectario cuculato. *Capſul.* ſupera, 5-valvis, elaſtice diſſillens.

595. IMPATIENS pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 972. *Nolitangere*

In nemoribus umbroſis ſubhumidis: *im Holze bey Piſide an der Scheide nach Goſchendorff* et alibi frequens. Junio. Julio.

MONOECIA

BRYONIA. L. G. 1194.

♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3. *Anth.* 5.

♀ *Cal.* et *Cor.* maris. *Styl.* 3-ſidus. *Bacca* ſubgloboſa polyſperma.

596. BRYONIA foliis palmatis, utrinque callo-ſcabris. *Linn. Syſt.* 3. p. 207. *alba*

In ſaepibus et dumedis ubique. Junio.

Officinis: Brioniae Radix, Baccae, Semina-

GRAMINA

ET

GRAMINIBUS ADFINIA.

GENITALIUM TEGMINIBUS

GLUMACEIS.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

DIANDRIA. DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM. L. G. 46.

Cal. Gluma 2-valvis 1-flora. *Cor.* gluma 2-valvis aristata.

Odoratum 597. ANTHOXANTHUM spica ovato-oblonga, floſculis ſubpedunculatis, ariſta longioribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 74.

In pratis, paſcuis, nemoribus. April. Majo.

SCHOENUS. L. G. 71.

Cal. 1-ualvis: glumis paleaceis congeſtis. *Cor.* 0. *Sem.* 1. ſubrotundum.

Mariſcus 598. SCHOENUS culmo tereti, foliis margine dorſoque aculeatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 17.

In

In paluſtribus: *bey den Torffgruben vor dem Kahldiſchen Thore; in dem Moor bey der Gülitzer Ziegeley.* Julio.

599. SCHOENUS culmo teretri nudo, capitulo ovato, involucri diphylli valvula altera ſubulata longa. *Linn. Syſt.* 1. p. 118. *nigricans*

Auf der Wieſe bey Piſide bey der Peene. Julio.

600. SCHOENUS culmo ſubtriquetro nudo, ſpica diſticha, involucro monophyllo. *Linn. Syſt.* 1. p. 121. *compreſſus*

In uliginoſis: *an dem Fuſsſteige am Pfort.*

CYPERUS. L. G. 72.

Cal. 1-valvis: glum. paleaceis diſtiche imbricatis. *Cor.* o. *Sem.* 1. triquetrum nudum.

601. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. *Linn. Syſt.* 1. p. 127. *flaveſcens*

In inundatis: *an der Brücke rechts wenn man nach dem Walmſtorffer Soll gehet.* Julio.

602. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis ſimplicibus, ſpicis confertis linearibus. *Linn. Syſt.* 3. p. 127. *fuſcus*

In uliginoſis: *auf dem Bornberge, auch an dem Fuſsſteige beym Pfort.*

SCIRPUS. L. G. 73.

Cal. 1-valvis. *Glum.* paleaceis undique imbricatis. *Cor.* o. *Sem-* 1. triquetrum, villis calyce brevioribus inſtructum.

* *Spica unica.*

baeothryon 603. SCIRPUS culmo teretri ſtriatro nudo baſi vaginato, vagina truncata, ſpica terminali pauciflora bivalvi: valvulis ovatis, ſpica brevioribus, margine ſcarioſis: exteriori breviori. *Linn. Suppl.* 103.

In inundatis: *am Pfort.* Junio.

paluſtris 604. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Linn. Syſt.* 1. p. 130.

In pratis ubique. Majo.

acicularis 605. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſetiformi, ſpica ovata terminali bivalvi, ſeminibus nudis. *Linn. Syſt.* 1. p. 132.

In inundatis: *bey dem Galgen.* Julio.

** *Culmo tereti polyſtachio.*

lacuſtris 606. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Linn. Syſt.* 1. p. 132.

In piſcinis copioſe. Aeſtate.

ſeraceus 607. SCIRPUS culmo nudo ſetaceo, ſpica terminali ſeſſili. *Linn. Syſt.* 3. p. 134.

In paludoſis: *an dem Berge auf den naſſen Stellen vorne im kahldiſchen Holze.* Aeſtate.

*** *Cul-*

*** *Culmo triquetro, panicula foliacea.*

608. SCIRPUS culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata. *Linn. Syst.* 1. p. 138. *maritimus*

α. S. maritimus, spicis sessilibus.

β. — — spicis sessilibus et pedunculatis.

An der Warnau überall an jener Seite von Roſtoch.

609. SCIRPUS culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supra decompositis, spicis confertis. *Linn. Syst.* 1. p. 139. *sylvaticus*

Auf den Wieſen an der Peene. Junio.

ERIOPHORUM. L. G. 74.

Cal. 1-valvis: glumis paleaceis undique imbricatis. *Cor.* o. *Sem.* 1. villis spica longioribus cinctum.

610. ERIOPHORUM culmis vaginatis teretibus, spica carioſa. *Linn. Syst.* 1. p. 142. *vaginatum*

In pratis turfoſis: *bey dem Eiſenberge bey Malchin* copioſe. Majo.

611. ERIOPHORUM culmis teretibus, foliis planiis, spicis pedunculatis. *Linn. Syst.* 1. p. 143. *polystachion*

Iisdem locis et tempore.

NARDUS. L. G. 75.

Cal. o. *Cor.* 2-valvis. *Sem.* corolla adnata, tectum.

ſtricta 612. NARDUS ſpica ſetacea recta ſecunda. *Linn. Syſt.* 1. p. 144.

In ſubhumidis: *bey Teutenwinkel.* Junio. Julio.

DIGYNIA.

a. Gramina ſpiculis 1-floris vagis.

PHALARIS. L. G. 80.

Cal. 2-valvis: valvulis carinatis, longitudine aequalibus, corollam includentibus.

phleoides 613. PHALARIS panicula cylindrica ſpiciformi glabra: paſſim vivipara. *Linn. Syſt.* 1. p. 149.

In aridis: *auf dem Scheidegraben nach Baſedow zu.* Junio. Julio.

arundinacea 614. PHALARIS panicula oblonga ventricoſa ampla. *Linn. Syſt.* 1. p. 150.

In ſubhumidis: *am Holze nach Goſchendorff.* Junio.

PANICUM. L. G. 82.

Cal. 3. valvis: valvula teretia dorſali minima. *Cor.* 2. valvis.

glaucum 615. PANICUM ſpica tereti, involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, ſeminibus undulato rugoſis. *Linn. Syſt.* 1. p. 153.

In

In agris copiſiſſime. Aeſtate.

616. PANICUM ſpicis alternis coniugatisque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis. *Crus galli*

α. Gramen paniceum ſpica diviſa. Bauhin. Pinax 8.

β. Gramen paniceum, ſpica diviſa, ariſtis longis armata Bauh. Pin. 8.

In ſubhumidis: *bey Malchin vor dem wargentinſchen Thore am Graben.* Aeſtate.

617. PANICUM ſpicis digitatis, baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *ſanguinale*

Auf dem ſandigten Acker bey dem Witzerhoff. Aeſtate.

PHLEUM. L. G. 83.

Cal. 2-valvis, linearis, aequalis, truncatus: apice bicuſpidato. *Cor.* 2-valvis, mutica.

618. PHLEUM ſpica cylindrica longiſſima ciliata, culmo erecto. *Linn. Syſt.* 1. p. 162. *pratenſe*

In pratis frequens. Aeſtate.

619. PHLEUM ſpica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſa. *Linn. Syſt.* 1. p. 163. *nodoſum*

In verſuris, ad vias ubique. Aeſtate.

ALOPECURUS. L. G. 84.

620. ALOPECURUS culmo ſpicato infracto. *Linn. Syſt.* 1. p. 165. *geniculatus*

MILIUM. L. G. 85.

Cal. 2-valvis: valvis subaequalibus ventricosis. *Cor.* 2-valvis, ovata, brevissima: valvula altera minore. *Stigmata* penicilliformia.

effusum 621. MILIUM floribus paniculatis, dispersis muticis. *Linn. Syst.* 1. p. 168.

In nemoribus umbrosis: *bey Malchin im Hayenholze* et alibi. Junio.

AGROSTIS. L. G. 86.

Cal. 2-valvis: valvulis acutis. *Cor.* 2-valvis acuminata. *Stigmata* longitudinaliter hispida.

* *Aristatae.*

spica venti 622. AGROSTIS petalo exteriore arista recta stricta longissima, panicula patula. *Linn. Syst.* 1. p. 169.

In agris, cultis inter segetes ubique. Julio.

arundinacea 623. AGROSTIS panicula oblonga, petalo exteriore basi villoso aristaque torta, calyce longiore. *Linn. Syst.* 1. p. 171.

In nemoribus: *gleich vorne im kahldischen Holze.* Junio.

** *Muticae.*

stolonifera 624. AGROSTIS paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. *Linn. Syst.* 1. p. 173.

In versuris siccis et humidis frequens: *am Pfort, auch auf dem Acker bey dem Malchinischen Stadtjäger.* Junio.

625.

625. AGROSTIS panicula capillari patente, calycibus ſubulatis aequalibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. *Linn. Syſt.* 1. p. 174. *capillaris*

Auf den Ackerwieſen bey Malchin vor dem Steinthore Aeſtate.

b. Gramina, ſpiculis 2-floris vagis.

AIRA. L. G. 87.

Cal. 2-valvis. *Floſculi* 2. absque interiecto rudimento tertii. *Cor.* 2-valvis: altera valvula ſaepe ad baſin ariſtata.

* *Muticae.*

626. AIRA foliis planis, panicula patente, floribus muticis laevibus, calyce longioribus. *Linn. Syſt.* 1. p. 177. *aquatica*

